DE OPERIBUS FASTIDII, BRITANNORUM EPISCOPI.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS SECTIONIS PRIORIS ACADEMIAE LUDOVICO-MAXIMILIANEAE MONACENSIS

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JULIUS BAER,
WINDSHEIMENSIS.

RIGOROSUM SUSTINUIT A. D. VIII. CAL. MART. MCMII.

NORIMBERGAE
G. P. J. BIELING-DIETZ.

DE OPERIBUS FASTIDII,

BRITANNORUM EPISCOPI.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS SECTIONIS PRIORIS ACADEMIAE LUDOVICO-MAXIMILIANEAE MONACENSIS

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JULIUS BAER,

WINDSHEIMENSIS.

RIGOROSUM SUSTINUIT A. D. VIII. CAL. MART. MCMII.

NORIMBERGAE

G. P. J. BIELING-DIETZ.

Index librorum:

Dr. C. P. Caspari: Briefe, Abhandlungen und Predigten aus den zwei letzten Jahrhunderten des kirchlichen Altertums und dem Anfang des Mittelalters. Christiania (Malling) 1890. (Universitäts-programm).

[Cf. Lit. Centralblatt Nr. 1185; Neue philol. Rundschau 1897, Nr. 11 (167 sq)].

C. Weyman: »Zu latein. Schriftstellern« = »Abhandlungen aus dem Gebiet der klass. Altertumswissenschaft zum 60. Geburtstage Wilh. von Christ dargebracht von seinen Schülern«. München 1891 (Beck) p. 147—154.

J. P. Migne: *Patrologiae Series Latina:*

Tom. XL, col. 1031—1046 = »De vita christ.«

Tom. LXVII, col. 1094—1098 = »De viduitate servanda.«

Tom. XXX, col. 15—45 = Pelagii ep. ad. Dem.

Tom. XXX, col. 645—902 = Pelagii commentarii in epp. S. Pauli.

Tom. XLV, col. 1716—1718 = Pelagii libellus fidei ad Innocentium Papam.

Sancti Sixti tertii, pontificis maximi *liber de divitiis* . . . . Omnia per Jacobum Salvatorem Solanium Murgitanum diligenter emendata . . Andverpiae 1575.

Bibliotheca Patrum, Tom. VII, col. 804 sq. Lugduni 1677.

D. G. Morin: »Le ‚De vita christiana' de l'évêque Breton Fastidius et le livre de Pélage ‚Ad viduam'« = Revue Bénédictine, XV, Nr. 11, Nov. 1898 p. 481—493.

Dr. K. Künstle: »Die Schriften des brit. Bischofs Fastidius« = Theolog. Quartalschrift, 82. Jg. 2. H. Ravensburg 1900, p. 193—204.

Migne, *Patr. Ser. Lat.* Tom. III, col. 913—982 = Novatiani liber de trinitate.

Archiv für lat. Lex. XI (1900) p. 226—239 = Epistula de cibis Judaicis.

Item, XI (1900) p. 545—576 (578) = C. Weyman: »Die Traktate des Origenes ein Werk Novatians«.

Cypriani opera, ed. Hartel. = Corporis scriptorum eccles. Lat. Vol. III. Pars II. Vind.

Tractatus Origenis de libris ss. scripturarum detexit et edidit Petrus Batiffol sociatis curis Andreae Wilmart. Parisiis apud Alph. Picard et fil. 1900.

Index codicum:

Cod. Mon. lat. 6299 (Fris. 99), fol. 149a—156a; fol. 139b—145a [= Caspari, Briefe . . p. 3—21].

Cod. Mon. lat. 15819 (capit. Salisb.) [= Migne XL, col. 1031—1046: De vita christiana].

Cod. Mon. lat. 6311 (Fris. 111), fol. 72a—75a [= Caspari, Briefe . . p. 171—178].

Cod. Salisb. lat. a VII 5, fol. 112b—118b; fol. 115a—121a [= Caspari, Briefe . . p. 3—21].

De operibus Fastidii,
Britannorum episcopi.

PRIMA PARS.

De Fastidio eiusque scriptis nihil aliud accepimus quam quod Gennadius in libro »De Scriptoribus Ecclesiasticis« (cap. 56) de eo tradit his verbis:

»Fastidius, Britannorum episcopus, scripsit ad Fatalem quendam ›De Vita Christiana« librum et alium »De Viduitate Servanda« sana et Deo digna doctrina.« [1])

Eodem autem titulo »De vita christiana« inscripta exstat epistula [2]) multis in codicibus, qui omnes praeter duos Augustini eam nomini addicunt. Quo factum est, ut initio inter Augustini opera ederetur; sed Lucas Holstenius cum novam eiusdem epistulae editionem curaret (Romae a. 1633), primus tribuit Fastidio, neque quisquam ei est oblocutus praeter Pagium [3]) et Chr. W. Fr. Walchium. [4]) Immo abhinc decem annos C. P. Caspari, qui denuo hanc quaestionem retractavit diligentissime, [5]) et ipse Holstenii rursus opinioni est assensus. At nuper de eadem re disputavit D. G. Morinus, [6]) qui Holstenii et Casparii sententiam probandam esse negat.

---

[1]) Sic in E. C. Richardsonii editione [= Gebhardt und Harnack, Texte und Untersuchungen, tom. XIV, pars I, p. 81].

[2]) Migne, Patrol. Ser. Lat. tom. XL, col. 1031—1046.

[3]) Pagi, Critica historico-chronologica in Annales Baronii ad annum 400, No. XXIX.

[4]) Walch, Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien, IV, 701 ff.

[5]) C. P. Caspari, Briefe, Abhandlungen und Predigten (Christiania 1890) p. 353—375.

[6]) D. G. Morin: »Le ‚De vita christiana' de l'évêque Breton Fastidius et le livre de Pélage ‚Ad viduam'« [= Revue Bénédictine 15e année No. 11. Novembre 1898 (p. 481—493)].

Quibus suam utrique defenderint sententiam argumentis, breviter mihi nunc est exsequendum:

»De vita christiana« librum Fastidium scripsisse dicit Gennadius; idem est titulus operis illius Augustino falso attributi. Cuius auctor primo (cap. 1—14) agit de vita christianorum universorum, deinde autem (cap. 15) de viduarum potissimum loquitur virtutibus. Per errorem igitur Gennadius duo Fastidio scripta videatur adscripsisse, altero libro contineri ratus id quod in eiusdem epistulae legitur capite quinto decimo, nisi putare malimus, id quod ibi hoc uno capite attingitur, revera altero opere, cui inscriptio erat »De viduitate servanda«, latius a Fastidio esse explanatum, etsi hoc opus non iam exstare concedendum sit.

Augustinus autem quominus, ut plerique codicum exhibent, huius »De vita christiana« epistulae auctor habeatur, hoc vel maxime obstat, quod nonnullae sententiae Pelagii haeretici propriae ibi reperiuntur (cf. Casp. p. 360 sq.). Unde apparet nonnisi Pelagianorum aliquem eam composuisse. In Britannia autem, Fastidii patria, Pelagii haeresi permulti erant addicti, Fastidii potissimum temporibus (cf. Casp. p. 344 sq.). Nam aetatem eius ex hoc licet computare, quod Gennadius »De script. eccl.« Fastidii nomen inter Caelestium affert et Cyrillum, ex quo intellegitur ineunte et medio saeculo quinto eum fuisse. — Sed imprimis Holstenius iam codicis Casin. 232 (saec. XI/XII) innixus est testimonio, ubi huius epistulae inscriptio est »de vita xpiana fastidii epi« et subscriptio »explicit de vita xpiana fastidii epi.«

Quae verba etsi posteriore manu sunt addita, tamen e Gennadii libro ea ducta esse probabile non videtur, quoniam ille librarius non Gennadii verbis »Fastidii Britannorum episcopi« usus est, sed simpliciter adiecit »Fastidii episcopi« (omisso vocabulo »Britannorum«).

Contra Pagius Gennadii nos iudicii admonet testantis »sana et Deo digna doctrina« Fastidii libros praestitisse. Hanc autem epistulam Pelagii haeretici doctrinam prae se

ferre. Quod argumentum haud ita magno ad persuadendum est momento; nam ne ipse quidem Gennadius liber erat a Pelagianorum erroribus, ut mirandum non esset, si locos nonnullos orthodoxorum opinione »Deo« minime »dignos« in ea epistula inesse non animadvertit.

Multo plus valet alia illa dubitatio, quam idem Pagius loco citato movit: Gennadius enim Fastidium »de vita christiana« librum ad Fatalem quendam, scilicet virum, scripsisse tradit, illam autem »de vita christiana« epistulam ad viduam esse datam nemo poterit negare. Itaque quisquis nihilominus in Holstenii Caspariique sententia audebit perstare, non poterit non putare Gennadium, ut saepius (cf. Casp. p. 368, adnot.), hic quoque errasse. Nam illam lectionem »ad Fatalem quendam« mutare non licere docuit iam Caspari (p. 365).

Ad hanc quaestionem solvendam novum quoddam auxilium suppetebat Morino. Repperit enim in codice Vat. Pal. lat. 216 (saec. IX/X) fol. 100—104 libellum a Caesario sine dubio compositum Arelatensi (cf. Morini commentationis p. 484 sq.), qui inscribitur: »Incipit excarpsum de epistola sancti fatali de vita christianorum«. Incipit: »Rogo vos, filii et paterna pietate commoneo . . .«. Quod excarpsum [1]) quin ad illum »De vita christiana« librum a Gennadio Fastidio assignatum pertineret, dubium esse non potuit. Ex epistula ergo illa omnibus fere codicibus Augustini nomine tradita exspectandum erat quosdam locos sumptos esse, si quidem recte Holstenius aliique Fastidii eam opus esse affirmaverant. Quae spes cum Morinum falleret, Fastidium eius epistulae auctorem esse prorsus est infitiatus.

In eodem autem opere, cuius supra mentionem fecimus, Caspari (p. 3—21) primus emisit duas epistulas e codice Mon. Lat. 6299 et Salisb. cod. a VII 5, Hieronymi ibi perperam nomine inscriptas. Quae cum refertae sint Pelagii dogmatibus, apertum est a Pelagianorum aliquo

---

[1]) Edidit hunc libellum idem Morinus l. c. p. 484—487, nonnulli autem loci adhuc sunt corrupti: velut v. 32 pro »vitam dare« legendum est »victum dare« (cf. v. 87).

eas esse profectas. Sequuntur ibidem quattuor libri, quorum Caspari alteram paravit editionem ad fidem codicis Vat. lat. 3834 (saec. IX/X), nam primus Solanius quidam ediderat Romae anno 1571 (cf. Casp. p. 231). Sed cum codex ipse — exstat enim hic unus Vaticanus — Sixtum auctorem designet (pro temporum ratione nonnisi Sixtus tertius erat intellegendus), Caspari non solum hos et ipsos esse Pelagianos ostendit (p. 238—278), sed etiam eidem, cui duae illae epistulae (p. 3—21), auctori tribuendos esse demonstrat (p. 278—329). Efficit deinde Caspari ex ipsis operibus circa annum quadringentesimum vicesimum (413—430) ea scripta esse; patriam auctoris fuisse Britanniam. Et Caspario quidem Britanniae eius temporis Pelagianos percensenti verisimillimum videtur Agricolam quendam, Severini filium, omnium horum operum fuisse auctorem. Fastidio enim, ut antea iam Holstenius, illam »de vita christiana« epistulam eum assignavisse supra exposuimus, unum autem eundemque et epistulae illius et horum auctorem fuisse operum sibi persuadere non potuit.

Iam redeamus ad »excarpsum« illud et Morini ratiocinationem. Invenitur enim ibi locus ex priore illarum epistularum repetitus, quas Caspari p. 3—21 edidit. (Excarps. v. 78—81 = Casp. p. 4,5—9.) Et non solum is locus ad verbum redditur [1]), sed complures praeterea excarpsi sententiae ad eundem auctorem videntur pertinere. [2])

Colligit inde Morinus priorem epistularum Hieronymi perperam nomine inscriptarum esse illum Fastidii »De vita

---

[1]) Ex aliis quoque scriptoribus nonnulla inserta esse non est, cur miremur. Nam idem saepius ausus est facere Caesarius (cf. Morin p. 488, adn. 1).

[2]) Velut:

Mor. p. 485, v. 5: obsecro vos = Casp. 61,4; 68,27; 134,20; 139,3; 144,19.

» » » v. **45**: non statim = Casp. 5,4; 57,11; 82,6.

» » » v. **61**: e contrario = Casp. 5, 17; 81,10; 97,11; 104,26; 106,3; 112,8; 135,7.

» » » v. **63**: per omnia = Casp. 31,2; 38,17; 74,8; 133,30; 137,4; 144,6; 145,7; 158,5 . . .

christiana« librum ad Fatalem quendam. Nam etsi titulus ei non est, ad virum quendam scriptam eam esse apparet, exponitur autem: »quid sit christianum esse«. Itemque omnes libri sequentes (Casp. p. 14—167), quos iam Caspari ab eodem conscriptos esse docuit, Fastidii opera sunt putanda.

Hic est igitur Fastidii scriptorum secundum Morinum index:

1—2) Duae epistulae, quas primus edidit Caspari p. 3—21; quarum priorem illum »De vita christiana« librum ad Fatalem quendam esse Morinus censet.

3) Tractatus, »de divitiis«, quem sicut sequentes, Caspari iterum edidit = Casp. p. 25—67.

4) Epistula »de malis doctoribus et operibus fidei et de iudicio futuro« = Casp. p. 67—113.

5) Epistula »de possibilitate non peccandi« [1]) = Casp. p. 114—119.

6) Epistula »de castitate« = Casp. p. 122—167.

Desideramus in eis alterum illud Fastidii opus a Gennadio commemoratum »de viduitate servanda.« Quod Morinus (p. 489 sq.) suspicatur servatum esse in libro quodam, qui eodem titulo »De viduitate servanda« inscriptus exstat inter Caesarii »XLII Admonitiones« [2]). Hunc librum et sex illa, quae modo enumeravi, Fastidii opera inter se conferenti mihi nonnulla quidem similia sub oculos ceciderunt.

---

[1]) In codice Vat. haec epistula cum antecedente, quasi ad eam pertinens, coniuncta est. Neque Solanius eum errorem animadvertit. Caspari autem cum duas esse videret, seiunxit hanc epistulam eique ex argumento indidit nomen: »Epistola de possibilitate non peccandi.«

Exstat non tota, et librarii neglegentia pars adiecta est alterius epistularum a Caspario e cod. Mon. et Salisb. editarum. (Cf. Casp. p. 228 et p. 322—328.)

[2]) Primus emisit Amadutius: Anecdota litteraria vol. I. Romae 1773, p. 45—60. — Unde sumpsit: Migne, Patr. Ser. lat. tom. LXVII, col. 1091 (1094)—1098.

[De vid. serv. = Migne LXVII, col. 1094,
v. **37** »vana cogitatio« = Casp. 162,2 vanis cogitationibus,
v. **42** »memor esto« = Casp. 160,18 memor esto,
M. col. 1095, v. **14** »ut ab omnibus honorentur = Casp. 19,11 volumus enim nos honorari ab omnibus,
M. col. 1097, v. **6** »secundum Deum« = Casp. 12,3; 77,5; 95,28; 105,8 secundum Deum,
M. col. 1098, v. **7** »qualiter« = Casp. 26,12; 40,14; 47,31; 56,13; 63,4,5; 141,1 qualiter.]

Sed haec satis pauca sunt, et alia quaedam discrepant a Fastidii usu dicendi, ut ad Morini sententiam accedere vix audeam.

[Migne, col. 1095, v. **22** »ex corde puro« contra Casp. 80,19 puro . . corde. — Ibidem v. **26** et col. 1098, v. **13** »die ac nocte« contra Casp. 111,26 die noctuque. — M. col. 1097, v. **8** »prae omnibus«, quod apud Casp. nusquam reperitur; nam Fastidius semper usus est locutione »ante omnia«, cf. Casp. 13,13; 71,8; 150,15; 156,28; 157,22. — Mirandum quoque sit, quod illa locutio, quae in hoc tam brevi opusculo bis legitur, col. 1095,7 »Labora in opere Dei« et col. 1098,13 »Labora . . in opere Domini« in sex illis Fastidii libris nusquam reperitur.]

Nec Morinus in hoc acquievit. Restabat enim, ut inquireret, quisnam illam »De vita christiana« epistulam, quam Holstenius et Caspari Fastidii opus iudicaverant, composuisset. Et Morinus quidem non dubitat eam ipsi tribuere Pelagio. Fidem enim adiungit exemplari monasterii Sangallensis (saec. IX/X) — signatur numero 122 —, quod et titulo et subscriptioni eius libri adiectum habet »pelagii heretici«. — Accedit, quod ibi in capite undecimo eidem occurrimus orationi, quam Pelagium usurpasse et Hieronymus (»Dialogus contra Pelagianos« lib. III, cap. 14) et Augustinus (»De gestis Pelag.« cap. VI, n. 16) tradit. Quid quod in libro Pelagii »ad viduam« eam uterque dicit inveniri. Haec enim ipsa verba: »Ille autem ad Deum merito extollit manus . .« et quae sequuntur, crimini sunt

data Pelagio in concilio Diospolitano a. 415. Alium autem quemquam post Pelagium eisdem verbis usum esse, quae paulo ante multas moverant contentiones, Morino probabile non esse videtur. — Addit insuper Casparium iam p. 360—362 adn. et p. 372 ostendisse »De vita christiana« librum haud dissimilem esse aliis quae novimus Pelagii operibus.

Iam singula examinemus.

Codicis quidem indicium haud scio an non magni sit aestimandum. Docuit enim Caspari prius, sicut in plerisque exemplaribus manuscriptis, Augustini nomen scriptum fuisse (Casp. p. 394 sq.), quod multo recentiore manu in Pelagii mutatum est nomen. Fecit autem hoc librarius quidam oratione illa sine dubio adductus, quam ab Hieronymo et Augustino tribui Pelagio haud ignorabat. — Quamquam illud quoque ambiguum est, num orationis ipsius auctor sit Pelagius. Nam ipse Pelagius acerrimis verbis refutavit se »unquam talia dixisse«. [1]) Praecipue autem offendit, quod Augustinus loco citato Domini tradit orationem illas preces antecessisse. Dicit enim »De gest. Pel.« c. VI, n. 16: ‚Et in alio ad ipsam (scil. viduam) libro »post orationem domini et salvatoris nostri«, docens, quemadmodum debeant sancti orare, ait (Pelagius): Ille ad Deum . .' Sed hoc in libro »de vita christiana« Augustini perperam nomine inscripto Domini orationem nusquam reperias. Quam difficultatem Morinus conatus est diluere illud ‚post orationem domini et salvatoris nostri' novum in modum interpretatus. Liceat mihi ipsius verba ponere:

»A la prière que le Sauveur a jadis enseignée, que les chrétiens ont répétée jusqu'à nos jours comme le modèle et la règle de toutes les autres, Pélage n'a pas craint d'en ajouter, d'en substituer une autre, en contradiction manifeste avec la première; après que le Seigneur lui-même a daigné nous apprendre à prier, Pélage s'est cru obligé de nous donner là-dessus de nouveaux et tout

[1]) Aug. De gest. Pel. c. 6 n. 16: »Reliqua vero, quae subiecerunt, neque in nostris libris sunt, neque talia unquam diximus . . . Anathematizo quasi stultos, non quasi haereticos; siquidem non est dogma. . . «

autres enseignements«. (Morin, Revue Bénéd. p. 492). — Sed arcessita haec interpretatio ad persuadendum parum est accomodata.

Quod autem deinde contendit Morinus magnam inter hanc »de vita christiana« epistulam et Pelagii libros intercedere similitudinem, hoc minime mihi probandum esse videtur. Nam praeterquam quod a discipulis magistri nonnunquam sententias attingi vel reddi mirandum non est, eorum, quae Casparius (p. 360—362, adnot. et p. 372) protulit, exemplorum, satis exiguus est numerus, et neque Morinus eum studuit augere neque mihi, ut plura reperirem, contigit.

[»De vita chr.« cap. 13 = Migne XL, col. 1043, v. 44 sq. unus est locus, cui Caspari e Pelagii scriptis similem potuit opponere (Casp. p. 362, adn.). Nam legimus ibi: »Paulus enim apostolus de operibus Legis locutus est, hoc est, de circumcisione carnali et neomenia et sabbato et huiusmodi caeteris, quae Lex fieri ante praeceperat . .« et Pelagius dicit ad Rom. 3,28 = Hieron. opp. Tom XI, col. 662: ». . quibus operibus legis . . . scilicet circumcisionis vel sabbati et caeterorum huiusmodi . . .« idem Pel. ad Rom. 3,20 = Hier. opp. XI, col. 660: Sive opera legis circumcisionem dicite, sabbatum et caeteras caerimonias . .« Sed locos non minus similes praebet Fastidius: Casp. 38,21; 150,22; 151,1,32, et tamen haec Fastidii opera non licebit tribuere Pelagio.]

Immo huius epistulae dicendi genus prorsus abhorret a Pelagii usu. Conferas velim, quomodo ipse Caspari de ea re p. 371 sq. iudicaverit.

At miram quandam similitudinem illam »de vita christiana« epistulam cum sex illis Fastidii operibus prae se ferre observavit iam Caspari. Sed satis habuit nobis ob oculos ponere quas potuit reperire sententias concinentes (Casp. p. 376—381, adnot.). Elocutionis vero proprietates, quae et in epistula illa et in Fastidii libris inveniuntur, etsi non omnino neglexit, tamen perpaucas attulit de plurimis. Quo factum est, ut haud satis arta

cognatione inter se coniuncta ea esse censeret et ab eodem auctore universa esse perfecta non auderet affirmare.

Videbatur igitur operae pretium esse accuratius inquirere, in quantum sermo, quo usus est epistulae »de vita christiana« auctor, congrueret cum sex illis Fastidii scriptis.

Eorum, quae et in »De vita christiana« libro et in Fastidii scriptis a Caspario editis leguntur, potissima quaeque infra perscripta sunt:

	De vita christiana = Migne patrol. Lat. XL, col. 1031—1046.	Fastidii opera = Caspari, Briefe, Abhandlungen und Predigten p. 3—167.
Col. 1031	1 Ut ego peccator et ultimus . . . te . . crebrioribus audeam litteris admonere	68,20 peccatorum omnium ultimus litterarum adfatibus commonerem
	3 sanctitatis et iustitiae viam	82,12 iustitiae et sanctitatis officia; 104,2 ne iustitiae sanctitatisque extra limen exorbitaremus; 113,15 iustitiae nos sanctitatisque operibus inbuamur
	3 crebrioribus . . litteris admonere	104,21 frequentioris exhortationis crebritate admonendos esse
	6 secundum Deum	12,3 secundum Deum; cf. 77,5; 105,8
	6 animo ac mente	43,24 solerti animo et mente; 163,22 animo et mente
	7 caritatis tuae causa compellit	69,7 ostendit duo inferius conprehensa ex . . caritatis . . causa descendere
	7 caritatis tuae causa compellit: quae me peccatorem et ignarum ad dicendum ita hortatur et provocat, ut cum loqui nesciam tacere non possim	113,24 Sed . . . caritatis ista natura est, ut his, quos diligit, aliqua malit superflua dicere, quam tacere consulte
	10 Vellem itaque [secundo loco!]; cf. 1032,15	itaque [secundo loco]: 35,15; 36,30; 80,17; 111,25; 116,17; 142,33
	12 conscientia ab omni peccatorum contagione liberior	62,29 absque ullius delicti contagione; 70,5 peccatorum nostrorum, quorum contagione . . .
	13 qui te verbis iuste instruerent et exemplis	30,5 suo tam verbo quam exemplo docuerit; cf. 90,7; 103,28; 133,34

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1031	15 mentem nostram ita insipientiae et ignorantiae caligo caecavit	72,11 simplicium mentibus caliginem offunderent; 107,16 caligo peccati; 110,18 caecitatis caligine
	16 ut divinum aliquid nequeat sentire vel dicere	79,28 Neque enim aut sentiri aut dici fas est
Col. 1032	1 omnium redarguit conscientia peccatorum	164,16 quamvis nulla eos redarguerit culpa peccati; cf. 68,18 delictorum conscientia
	3 ct ita fit, ut = 1035,18	ita fit, ut: 58,31; 60,9; 117,9; 140,34
	5 conscientia prohibente	156,1 causa cogente; cf. 60,10; 129,13; 139,9; 148,27; 159,24
	10 libenter impertit	5,22 omnibus libenter inpertit
	11 diligenter adverte	diligenter adverte: 6,21; 30,25; 125,31; 139,3; 161,4
Col. 1033	1 Sitit itaque ille sed parum, qui decurrentis interim rivi aqua non potest esse contentus	68,8 ut, cum ipsis abundetis fontibus nec desiderantes quidem parvis lentisque roribus rivulos respuatis
	5 Ita et tu, dilectissima soror, . .	13,1 Et tu, parens dilectissime
	5 quam ego certus sum esurire	73,30 quos . . ignorare sit certus; cf. 115,2; 129,3; 153,13,25
	14 quid christianum agere conveniat	12,28 quid Dei virginem exercere conveniat
	15 ut potero, explicabo; cf. 1039,60	92,30 Argumentetur quis, ut potuerit
	16 unde prius exordium sumam	26,17 cum de divitibus loquendi exordium sumpseris; 36,33 quod a Deo principium sumpserit
	16 unde prius exordium sumam, iustius non invenio quam . .	132,30 quod potissimum proferamus exemplum, aliud non invenio, quam
(Cap. I.)	22 sapientium et fidelium nullus ignorat	53,16 nullus ambigere sapientium poterit
	24 manifestum est = 1039,2; 1041,7	manifestum est: 83,3; 119,7; 138,16; 140,16; 150,21
	29 id est = 1033,38	id est: 52,10; 55,24,32 etc.
	31 baptismatis illius sanctificatione purgati	48,38 divini lavacri sanctificatione purgantur; 73,5 eiusdem baptismatis sanctificatione purgatis
	32 aliquanti [= aliquot]	6,9 vel aliquanta [= aliquot]
	36 sancta conversatio	66,28 in conversationibus sanctis; cf. 76,10; 105,8
	39 vocabulum . . et nomen	Cf. 108,2 de solius nominis vocabulo
	39 ex sacramento . . . vocabulum descendit [= oritur]	descendo [= orior]; 6,6; 27,19; 34,5,15; 62,29; 69,8; 103,3; 131,23

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1033	40 Quid enim tibi prodest [1]) vocari; cf. 1043,55 Nam quid tibi prodest	8,18 Quid enim prodest cuiquam contempsisse; 131,16 Quid prodest diligi; 131,17 Quid prodest expeti; 133,29 quid profuit venisse Christum; 151,19 Quid ergo proderit mihi
	42 si christianum te esse delectat [= iuvat]	delectat [= iuvat]: 101,18; 145,20; 149,3; 165,8
	43 merito = 1035,50,52,53; 1036,41; 1038,3; 1041,46; 1042,9	merito: 66,14; 115,19; 118,17; 155,23
	44 Aut forsitan	64,34 Aut in hoc forsitan; 165,11 Aut forsitan
	47 ut christianus appelletur et non sit	5,6 et nunc Christiani dicuntur et non sunt [3])
	47 Qui christianus dicitur, Christum se habere Dominum profitetur	30,31 Certe quisquis Christianus dicitur, Christi se esse discipulum profitetur
	49 in omnibus obsequatur	30,14 in omnibus inpleatur
	54 pro qualitate peccati	90,19 de qualitate peccati
Cap. II.)	63 Dei providentia; cf. 1037,57	126,27 Et hoc Dei providentiam ita disposuisse
	67 humani generis origo desiisset	149,21 sobolis origo cessavit; 152,6 quomodo humani generis origo consistet; 160,13 omnis vestrae stirpis origo deficiat; 161,31 seminis origo deficiat; 162,7 per me nostri generis origo reparetur
	70 ignorantiae caecitate	89,30 inscientiae caecitate teneantur
	72 vario peccatorum genere tenebantur obnoxii	72,15 Omnia illa peccatorum genera; 85,2 homicidii reatu teneatur obnoxia
Col. 1034	1 postmodum = 1037,64; 1038,4; 1041,5 [postea: nunquam reperitur]	postmodum: 14,11; 32,5; 37,4; 42,28; 44,17; 48,7; 90,13; 92,28; 104,19; 125,22,33: 126,5,7; 127,27; 137,6; 138,27; 141,12: [postea: nunquam]
	2 opera [2]) fecisse iustitiae = 1037,60; 1039,53; 1041,48; 1042,55,66; 1043,48; 1044,48; 1046,44	iustitiae opera: 73,18; 75,26; 76,14; 77,14; 102,18; 109,20; 113,15
	3 ante [= antea]: 1037,65; 1040,70; 1041,6; 1043,47	ante [= antea]: 12,24; 35,4; 39,23; 73,34; 118,10

[1]) Migne falso: »potest«. Cf. infra, quod ad hunc locum adnotavi.

[2]) Migne falso: »operas«.

[3]) Sic e codicibus est restituendum.

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1034	6 sicut beatus Petrus apostolus ait; cf. 1043,61	39,15 Dicit beatus apostolus Petrus; cf. 43,18; 65,25,30; 75,3,13; 119,10
	10 pius, benignus	114,22 pium animum et benignum
	11 idcirco . . ut	idcirco ut: 8,5; 70,29
	12 peccatorem et impium	81,22 Increduli ergo et inpii et peccatores; 113,16 cum inpiis et peccatoribus
	14 per prophetam ipse Dominus loquitur; cf. 1039,4	76,15 per prophetam Dominus dicit; cf. 7,19; 91,20; 100,12
	16 misericordiae pietatisque; cf. 1038,3,5	33,3 ad misericordiae pietatisque officia; cf. 48,7,11; 63,1; 67,2
	25 Et alibi = 1034,59	Et alibi: 4,13; 5,3; 14,9; 40,2; 44,22; 47,22; 63,32; 65,35; 80,29,30; 81,27; 119,12; 130,25; 163,21; 164,19
	27 Et alibi . . et iterum; cf. 1044,25	alibi . . . et iterum: 80,31; 119,12
	30 . . et salvus esse possis	8,1 salvus esse non poterit; 57,5 salvus esse possit
	31 iam morti obnoxium	38,36 iam morti obnoxius
	35 alio in loco; = 1041,3	alio in loco: 61,16; 143,17; 148,20
	36 testatur dicens	30,11 De quo et beatus apostolus testatur dicens; = 65,23; 77,31; 93,27; 100,13
	41 qui amplius quam tu ipse te diligit	26,5 Immo eo amplius ab his diligitur; 62,18 nec amplius iam velle diligere
	45 O stulte, o irreverens ≠ 1035,44; 1039,41	O: 55,25; 60,5; 84,22; 97,14; 140,29; 148,7; 152,14,17; 163,28
	46 nec in hoc [= ne in hoc quidem]	nec [= ne quidem]: 5,25; 84,11; 86,8; 89,27; 95,5; 117,16
(Cap. III.)	51 nemo idcirco securus delinquat et liber; cf. 1042,65 ergo securi peccamus et liberi	70,31 liberius securiusve delinquerent; 81,16 poterunt iam securi delinquere; 99,27 ut securius liberiusque peccemus; 144,23 liberi degimus ac securi
	57 sicut scriptum est = 1036,9,28; 1038,31,62; 1039,50; 1040,48,63; 1041,75; 1042,41; 1044,51	sicut scriptum est: 8,2; 16,23; 19,24; 20,10; 30,27
	61 Quod in plerisque impletur; cf. 1035,37; 1036,45	30,13 ut in nobis illud beati Joannis inpleatur; 86,28 Vere in nobis inpletum est; 161,11 Inpleatur in te illa sententia
	62 et in praesenti . . et in futuro; cf. 1035,55	in praesenti . . . in futuro: 9,4; 38,11; 100,5; 105,17; 155,18 (cf. 12,1; 125,15; 127,8; 160,26; 165,26

De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1034 60 consuetudinis putat esse	cf. 59,9 quibus moris est; 64,34 infidelibus moris est
67 Et idcirco . . quia = 1044,36	idcirco . . quia: 3,12; 37,21; 38,18; 44,2; 49,13; 52,16; 62,22; 84,32; 85,22; 88,29; 104,18; 153,1
Col. 1035 5 caeterorumque criminum reum	116,34 cuiuscumque criminis . . reus
6 in praesenti tempore = 1045,28	in praesenti tempore: 20,5; 70,22; 125,6; 148,30
7 longaevum	126,21 senectus longaeva; 167,6 senes . . longaevos
7 Nos enim plurimorum exempla videmus	17,13 Nolo exempla respicias plurimorum, qui
8 per quae probare sufficimus	33,33 hinc vel maxime probare sufficio; 148,28 quod perfacile probare sufficerem
9 et hoc iam tempore	160,30 hoc iam tempore
10 praesentem . . vitam; cf. 1040,16	50,3,4 praesentis vitae; = 164,10; 165,25
10 vitam negari = 1045,52	78,10 vitam denegavit; 136,14 vitam . . denegasse
12 per diversa tempora diversorum iudicum . . interitum	cf. 150,20 Tria enim tempora invenimus, in quibus diversis diversa licuisse
17 alterius iudicium non timent	128,10 examinis iudicium timet
20 insontium animarum sanguinem frequenter effuderant	53,22 effuso innocentium sanguine; cf. 54,9
24 qui similia commiserant	93,3 si aliqua eorum similia commiserimus
26 esca feris et coeli volucribus fierent	32,20 ab avibus et feris . . lacerari; 87,20 omnium tam bestiarum quam volucrum
27 innumerabilem hominum multitudinem	37,32 sobolis multitudo innumera
30 quos interimi fecerant = 1035,35; 1040,61; 1042,39	36,9 fecit esse consimiles; cf. 39,29; 58,30; 96,10; 123,4; 125,7
34 impietati et crudelitati; cf. 1035,51	32,31 tanta inpietatis crudelitate; 33,4 ad inpietatis crudelitatisque facta; 54,8 fraudes, inpietates, crudelitates
38 istud testimonium . . comminantis Dei et dicentis	141,15 Hoc etiam Joannis testimonio conprobatur dicentis

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1035	45 O nimia et non ferenda crudelitas	31,15 O humanae superbiae non ferenda praesumptio; 55,25 O humanae cupiditatis . . nimia et non ferenda versutia
	46 uno . . in tempore	37,29 uno in tempore
	48 quo facilius	60,13 quo facilius
	48 viduae . . et orphani	13,23 viduis et orphanis
	49 in alterius morte congaudet	85,37 in proximorum suorum casu gaudent: 166,9 in quo vel maxime Deus gaudet
	50 quandoque = 1036,53	quandoque: 31,29; 37,10; 65,1; 152,19; 153,14; 161,33
(Cap IV.)	59 tamdiu unumquemque . . sustentari, quamdiu = 1036,3	14,4 tamdiu unumquemque [1]), quamdiu in silentio fuerit, ignorari; tamdiu . . quamdiu: 26,21; 28,18; 38,27; 95,18,26; 96,1,29; 125,5; 156,31
	63 certum . . modum atque mensuram	127,33 certam . . mensuram
	64 Dei ipsius testimonio declaratur	79,15 Sed illo prophetico testimonio . . declaratur
	66 evidentissime demonstratur = 1043,24	88,10 evidentius demonstratur; 127,14 evidentius demonstremus
	69 ad Abraham Deus loquitur	131,25 loquitur ad Moysen
Col. 1036	1 Quo exemplo . . . docemur; cf. 1038,30	136,31 nonnullis scripturarum docemur exemplis; 162,28 suo doceret exemplo
	4 cumulum . . delictorum	8,20 mercedis cumulum; 14,11 gloriae cumulum
	5 Nemo se, inquam, fallat, nemo se decipiat; cf. 1044,60 Nemo igitur alterum decipiat, nemo seducat	7,25 Nemo sinceritatem tuam fallat, nemo decipiat; 97,8 fallendo seduceret et seducendo deciperet; 160,14 fallit et decipit
(Cap. V.)	15 Sed dicit aliquis = 1043,29	15,4; 26,17 Sed dicit [2]) aliquis; 33,30 Dicet aliquis; 116,24 Sed dicet aliquis
	16 Illi non pereunt, sed evadunt	70,11 unde caeteri perierunt, nos evadere
	17 de malorum consortio	106,22 peccatorum . . consortium
	20 supplicium . . et poena	32,8 poenarum et . . subpliciorum; 112,8 subpliciorum poena

[1]) Sic exhibent codices.
[2]) Sic corrigendum est.

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1036	25 rapiuntur ad poenam	14,11 ad . . cumulum rapuisse
	35 Dei cultoribus = 1039,29	3,14 Dei cultores; 8,10 Dei cultorem
	40 Iniqui vero et impii	101,19 iniquis et inpiis factionibus
	41 naturali providentia pertimescunt	117,4 naturali providentia intellegentes; cf. 4,21 naturali sapientia
	42 Quapropter	Quapropter: 16,22; 17,8; 33,28; 41,28; 43,18; 61,31; 68,27; 127,11; 145,29; 151,11
	43 hac ratione reddita	125,23 reddere rationem
	44 non . . omnino = 1045,9 omnino non	omnino non: 56,12; 82,11; 107,13; 118,19; 119,3; 138,34; omnino nec: 42,34
Cap. VI.)	48 Nec in hoc nobis nomine tantum . . blandiamur	108,2 ne sibi de solius nominis vocabulo blandirentur
	50 nomen nobis . . vindicemus alienum	57,32 ut appelletur alieno (scil. nomine); 17,14 decus in solo sibi nomine vindicant
	54 iram indignationemque	106,9 ira et indignatione
	54 humanam consuetudinem erubescat	72,15 pro humanae consuetudinis vitio; Erubesco aliquid: 50,21
	62 nomen . . sortitur	7,8 sortitus est veniam; 111,1 (beatitudinem) sortitus sit
	64 artis peritia	33,19 medicus, qui artis suae peritia
	66 distrahit [= vendit]	distraho [= vendo]: 40,25: 41,29; 42,3; 44,30; 45,21,30; 46,16; 51,21; 60,5
	66 Huiusmodi enim exemplis	89,31 post huiusmodi exempla
	67 nullum sine actu nomen, sed omne ex actu nomen	17,17 Christianum enim non nomen, sed actus facit
Col. 1037	2 Christianus ille est, qui . .	5,13 Christianus ille est, qui . . .; 17,23 Christianus ille [1]) est, in quo . .
	7 qui neminem novit nocere vel laedere	19,19 Christiano enim laedere neminem licet
	8 exemplo Christi	Christi exemplo: 5,13; 30,13; 38,31; 144,5; 154,32; 165,2
	9 nec inimicos novit odire; cf. 1041,14	19,23 non (sc. licet) inimicum odisse; 150,37 nec (sc. licet) inimicum odisse
	9 sed magis adversantibus sibi benefacere, et pro persecutoribus suis et hostibus exorare	5,18 qui etiam malefacientibus sibi benefacit, qui pro calumniatoribus et persecutoribus suis orat; cf. 60,33; 144,13

[1]) »ille« e codicibus est inserendum.

De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1037 12 Christianus est, qui potest iusta voce dicere: Neminem nocui hominum, iuste vixi cum omnibus	19,19 cui (= Christiano) illud inplere testimonium convenit: Neminem nocui hominem, iuste vixi cum omnibus
19 Legis auctoritate	72,1 legis auctoritate
20 cuius praeceptis nobis vitae aditus aperitur	55,12 regni caelestis aditum clausit; cf. 56,24; 103,31; 165,15
22 Legis . . exempla	legis exemplum: 12,7; 16,26; 74,34; 119,7; 123,7
22 exempla proferre	132,50 proferamus exemplum
23 ab initio statim mundi = 1037,27; 1043,12; cf. 1037,27 in exordio mundi	97,5 in ipso statim mundi exordio; 149,20 in exordio statim mundi
28 e quibus unus (= Abel) Deo placuit eo quod innocens esset et iustus; cf. 1038,38 Deo placeat; 1046,3 Deo placere; 1046,46 Deo placeas	13,3 Serva innocentiam, serva iustitiam, sine quibus Deo placere nemo potest; placeo Deo: 13,4; 131,16; 147,22,25,28,30; 149,26; 150,1,8; 151,31; 156,22,27; 157,24,33; 158,5,24
31 interveniente tempore	46,21 interveniente doctrina; 47,16 Quantum enim intervenit temporis; 139,9 causa interveniente; 154,21 aliqua causa interveniente
35 ad immortalitatem . . raperetur	14,11 ad vanae gloriae cumulum rapuisse
37 iustitiae meritum	42,4 bonitatis meritis; cf. 63,33; 74,14; 78,30; 91,17; 122,24; 144,36
39 toto mundo damnato	totus mundus; 7,12,14; 9,8; 29,16; 42,30; 49,16
40 fidei et iustitiae	88,15 zelo iustitiae . . et fidei
41 Scriptura testatur	scriptura testatur: 38,4,21; 44,28; 47,30; 65,33; 81,15; 99,21; 133,14
41 illo in tempore	illo in tempore: 4,1; 37,19; 38,15; 41,25; 45,31; 47,10
42 in terris	112,7 quamvis versentur in terris
42 solus fuerat iustus inventus	104,25 dignus inventus est; cf. 111,9; 112,32; 113,7; 125,16; 133,17; 158,6
46 Longum est nos ire per singulos	78,4 nam cum . . longum illi esset; 91,21 Longum est per omnes currere; 148,29 si longum non esset per omnes eius epistolas currere
Cap. VIII.) 50 Populum Judaicum quem ad se Deus . . pertinere optavit	106,12 quod illi tantum ad te (= Deum) pertinerent, qui; cf. 107,25; 108,4; 134,20

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1037	54 scire nos convenit	156,28 Illud . . scire convenit
	54 derelicta regione, in qua habitare semper optaverat (Abraham) patriaque deserta	38,8 Pauper enim extiterat (Abraham) et parentes et patriam relinquens; 157,33 nec parentes, nec domum nec patriam relinquere dubitavit (Abraham)
	56 in alienam provinciam	3,4 per alias provincias: 47,26 in aliena provincia
	56 hoc est = 1043,45; 1045,50; 1046,9	hoc est: 39,21; 57,25; 77,4; 147,17 162,10
	59 misericordiae, pietatis, iustitiae . . . operibus; cf. 1041,48	48,7 pietatis et misericordiae opera
	60 caeterisque bonis operibus = 1038,5; 1044,58	bona opera: 30,18; 62,30; 63,10; 65,19; 74,30; 76,9; 80,12; 109,25; 142,11
	61 in extera patria	10,3 in extranea patria
	61 pro tempore esse peregrinum	9,4 si pro tempore advena fuero; 12,20 a se diligentibus pro tempore sequestrari
Col. 1038	1 misero et laboranti succurrit	13,8 succurre miseris, laborantibus
	14 Denique ut . . evidentius clareat	41,15 Sed ut evidentius clarescat; cf. 12,15; 137,29; 156,12
	28 Unde facile pervidetur	82,19 Unde intentius pervidendum est; 140,26 Unde pervidendum est
	34 late . . patet	106,21 evidentissime patet; cf. 101,23; 114,18
	34 quibus possit operibus promereri	42,4 quibus bonitatis meritis posset vitae aeternae praemium promereri
	35 plurimis probatur exemplis	12,6 probans mihi . . . legis exemplo
	37 Legis et Prophetarum praecepta	6,10 legis praecepta; 39,19 legis et prophetarum figura; cf. 8,17; 39,26
	40 Legis testimoniis comprobemus; cf. 1040,69; 1043,8,29	4,20 superfluum est legis testimonio conprobare; = 127,28; 141,15
	44 Legis . . mandatum	legis mandata: 15,11; 40,33; 43,17; 61,19; 81,21; 103,1
	45 Domini et Salvatoris nostri	30,5 dominus et salvator noster
	45 Domini et Salvatoris nostri testimonio comprobatur dicentis	141,15 Hoc etiam beati Joannis testimonio conprobatur dicentis
(Cap. IX.)	60 . . praecepta custodit; cf. 1041,46	48,5 praecepta . . custodiri; = 102,25

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1038	62 sicut scriptum est: ‚Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum, Dominus Deus vester'. [Levit. XIX, 2]	119,7 Scriptum est enim: ‚Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester'.
	66 non alia quam coelestia cogitat et divina	101,12 caeleste et divinum illud habitaculum; cf. 109,5; 163,19
	68 sanctitatis et iustitiae et pietatis amator est	100,27 eorum . . sunt amatores: 137,20 pudicitiae et castitatis amator; 138,24 christianae castitatis amator
	70 Quid sit enim Deum diligere	5,12 quid sit Christianum esse
	70 Quid sit enim Deum diligere, Domini et Salvatoris doctrina declarat dicentis: ‚Qui audit verba mea et facit ea, ille est, qui diligit me'. [Joh. 14,21]	4,16 De diligente autem ipse Dominus in evangelio suo dicit: ‚Qui audit verba mea et facit ea, hic est, qui diligit me'.
Col. 1039	2 Unde clarum atque manifestum est	42,1 clara et manifesta ratione: 53,13 clare satis manifesteque monstravit
	3 qui sua mandata non servant; cf. 1044,17,62	mandata servare: 12,30; 18,16; 60,8,28; 70,24; 82,22; 134,27; 136,15; 144,24; 154,16; 157,33; 160,7
	9 Dei mandata spernentes	88,5 quasi . . mandata spernamus; 103,23 mandatorum meorum praecepta sprevistis
	15 evidenter ostendit	80,25 evidenter ostenditur
	22 ab omni contagione iniustitiae et iniquitatis alienum	85,26 omni sumus iniustitia atque iniquitate conpleti; cf. 35,7 fontem totius aequitatis atque iustitiae
	24 tam purum . . tam simplicem	138,22 et puro et simplici tactu
	33 se . . exhibere	se exhibere: 106,6; 113,1; 125,15
	36 ut vere in eo propheticum illud impleatur	30,13 ut in nobis illud beati Joannis in omnibus inpleatur, 86,28 Vere in nobis inpletum est
	39 qui daemoniis idolisque deserviunt	53,4 vae vobis . . idolis servientibus; 79,21 etiam idolis servientibus
	41 Deus blasphemari	16,11 blasphemasse (Deum)
(Cap. X.)	63 disseratur; cum dicitur; cf. 1041,7	88,9 demonstratur, cum dicitur
	63 ‚Quod tibi non vis fieri alteri [1]) ne feceris', [Tob. 4,16]	9,13 ‚Quod tibi non vis [fieri] alio ne feceris'; 18,26 Quaecumque vobis fieri non vultis, alii ne feceritis

[1]) Cod. Mon. »alii«.

De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1039 65 ‚Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis similiter'. [Matth. 7,12]	18,27 ‚Quaecumque vultis, ut faciant vobis homines bona, et vos facite illis similiter'.
69 qui ei non mali aliquid, quia nec sibi vult fieri	5,21 quae sibi fieri non vult
71 libenter impertit	5,22 omnibus libenter inpertit
Col. 1040 1 nihil mali fecerit nec boni; cf. 1040,16; 1044,51	18,17 mali nihil . . fecerit; cf. 18,20; 19,4; 86,2
2 ad aeternae vitae praemium non admittitur	42,4 vitae aeternae praemium promereri; = 144,30
3 gehennae ignibus mancipatur = 1044,50	115,28 gehennae ignibus mancipat; cf. 6,22; 33,5; 79,10; 89,23; 112,9
4 sicut in Evangelio Dominum dixisse legimus de . .	4,16 De diligente autem ipse Dominus in evangelio suo dicit; cf. 20,17; 21,2; 42,31; 47,21
5 nec boni tamen aliquid operantur; cf. 1040,25,36	18,13 bonum praecipimur operari; cf. 18,20; 93,26
6 ‚Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparavit Pater meus diabolo et angelis eius. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi bibere' [1]) [Matth. 25,4]	79,7 ‚Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparavit Pater meus diabolo et angelis eius' et caetera; 93,27 ‚Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitivi et non potastis me' et caetera
13 Ex hoc enim quisque prudens et sapiens recognoscat	54,1 Quis enim sapiens aut prudens dubitet; 62,14 vir prudens et sapiens
19 e contrario	e contrario; 5,17 [2]); 81,10; 97,11; 104,26; 106,3; 112,8; 135,7
28 vel quomodo	11,7 Vel quomodo
29 Nemo, inquam, sensu proprio se decipiat et illudat, nemo se vana existimatione seducat	97,8 fallendo seduceret et seducendo deciperet; 166,16 Nemo te inanibus verbis circumveniat, nemo seducat
32 vitam non habet; = 1044,62	78,11 vitam habere; 144,30 vitae . . quam habere non poterit
32 Quisquis iustitiae et misericordiae opera non fecerit	33,8 unitatis opera facere; 48,32 Quis misericordiae opera faciet; cf. ad 1034,2 et 1037,59

[1]) Cod. Mon. »et non potastis me.

[2]) Sic habent cod. Mon. et Salisb.

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1040	40 nihilque plus totis viribus enitendum, quam ut . . [plus = magis]	113,14 quantis possumus viribus enitamur, ut . . plus [= magis]: 12,15; 48,12
	44 Esto innocens . . Esto simplex	13,4 Esto sanctus, innocens . . .
	50 audi prophetam, quid loquitur . . inquit; cf. 1041,25; 1043,43	4,11 audi apostolum dicentem; 27,8 Audi ergo, quid de hac re beatus apostolus censeat . . inquit; 29,5 audi sanctum spiritum dicentem: 153,15 audi scripturam dicentem
	60 Innocentia est . . simplicitas est	86,14 nusquam innocentia . . nusquam . . simplicitas; 103,19 simplicitatis innocentiae; 105,26 ut simplicitatem, innocentiam . .
	63 testimoniis plurimis declaratur	79,15 Sed et illo prophetico testimonio . . declaratur apertissime
	71 ex quo . . nosse coepit	114,16 ex quo nosse potui
	71 sicut ipse dicit = 1046,29	21,2 sicut in eo dicit; 51,16 sicut ipse . . dicit
Col. 1041	7 coram Deo	77,8 coram Deo; 163,24 coram hominibus
	12 sibi . . blanditur de sua devotione	108,2 ne sibi de . . vocabulo blandirentur
	14 sub veteri lege degentibus	cf. 92,17 sub priore testamento fuisse
	16 qui inimicum tuum iuberis amare	114,8 cui ipsos etiam iubetur inimicos amare
	18 qui inimicis praeciperis esse bonus; 21 qui amare praeciperis inimicum	19,23 non (sc. licet) inimicum odisse, quem amare praecipitur; 11,1 Qui . . venundare praecipitur
	22 nec Novi nec Veteris Testamenti praecepta custodis	40,5 nec tam veteris testamenti praecepta servare debere quam novi; cf. 40,9; 61,18
	24 et (sc. ne) de solo tibi nomine blandiaris	108,2 ne sibi de solius nominis vocabulo blandirentur
	47 qui sanctus, humilis et pudicus et iustus est	57,6 humilis et sancta paupertas; 101,10 nonnisi sanctos, humiles, pudicos
(Cap. XI.)	53 conversatio nulla iustitiae	73,23 Justitiae vero conversationem
	54 qui opprimit miserum, qui pauperem gravat	54,10 spoliatur pauper, miser opprimitur . .
	55 qui res concupiscit alienas	26,30 ut concupierint aliena
	58 cibum capit	cibum capere: 8,15; 61,1; 92,4; 144,19
	67 Quid agis, impudens	138,23 Quid agis, apostole?

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1041	69 iniuriam irrogas	60,35 et 144,15 iniuriam inrogantibus
	69 ad provocandam eius (= Dei) iram	16,30 Deum ad indignationem esse provocatum
(Cap. XII.)	20 cum illis prospere cesserit	146,30 si tamen prospere cesserint
Col. 1042	22 testimoniis falsis	54,7 falsa testimonia
	24 gratias agant	28,2 gratias agere
	27 usque adeo = 1044,45	usque adeo: 88,19; 103,29; 113,21; 141,8; 161,7
	29 male sentiendo de Deo adiiciatur et aliud (sc. crimen)	100,1 Peccamus enim etiam de ipsa male sentiendo
	32 eleemosynam faciant = 1042,37	48,26 unde eleemosynam faciam? 48,27 eleemosynam facere
	47 Revera [ironice]	revera [ironice]: 46,14; 48,11; 52,37; 123,14; 130,33; 161,32
	49 nisi tu aliena diripias	26,28 aliena diripit = 28,20; 131,2; 151,10;
(Cp. XIII.)	54 ignorantia fallit ac decipit	160,14 inperitas mentes fallit et decipit
	54 ut fidem . . sine iustitiae operibus apud Deum sibi censeant profuturam; cf. 1042,66 si sola sine iustitiae operibus fides prodest; 1043,56 sola sine iustitia fides; 1044,47 nec tamen eis proderit fides, quia iustitiae opera non fecerunt	72,31 sine cuiusquam iustitiae operibus fides profutura contenditur; 74,15 fidei professionem sine iustitia possidere; 76,14 Si fides absque iustitiae operibus minus proderit; 77,4 Illi tantum fides proderit; 109,20 nihil solius fidei praerogativam absque iustitiae operibus eisdem profuturam esse
	57 crimina nefanda committunt	54,8 et 66,12 nefandorum facinorum; 72,33 idolatriae nefanda commissio
	61 suis nituntur laqueis implicare	61,6 divitiarum nexibus fuerit inplicatus; 144,24 si tantae sollicitudinis vinculo inplicemur
	61 nituntur . . implicare [= student]	nitor [= studeo]: 26,13; 27,25; 33,22; 48,34; 59,17; 67,28; 68,31; 71,21; 73,17; 76,28; 84,12; 88,23; 108,10; 117,2,20
	61 Et impletur in illis Salvatoris nostri sententia dicentis	145,23 beati Petri sententia dicentis: cf. ad 1034,61
	67 Unde hic . . ignorantiae error obrepserit, scire non possumus	71,8 Sed unde hic humanis mentibus error obrepserit, ante omnia nosse debemus
	71 aeternae morti et perpetuo tradebant interitui	72,7 aeternae perditionis interitus inrogetur

De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1043 10 sufficiant pauca	136,20 pauca dixisse sufficiant
18 Quid plura	19,17 quid plura? 126,24; 151,4 Quid multa
24 evidentissime demonstrat	127,14 evidentius demonstremus
30 nisi mihi et Novi Testamenti exempla protuleris	132,30 proferamus exemplum; 151,14 quid mihi iam veteris testamenti exempla proponis
31 Accipe . .	accipe . . : 125,1; 131,23; 132,2
33 Forsitan dicturus es mihi	28,7 Sed forte dicturus es; 41,6 Quid et hic dicturus es; 52,31 Et hic credo dicturus es
38 Intelligenda scriptura	148,26 intellegenda est scriptura
39 nonnisi solis a quibus [»solis« superflue]	132,15 nonnisi solis sacerdotibus
45 de operibus Legis . . hoc est de circumcisione carnali et neomenia et sabbato et huiusmodi caeteris	38,21 Dicit enim illos carnaliter circumcisos, sabbati otiosam habuisse custodiam, neomenias et scenopegias et caeteras legis caerimonias observasse; 150,22 Ante legem enim neque circumcisio celebrabatur, neque sabbati observatio erat. Neomenias quoque . . nemo audierat; 151,1 non (sc. licet) circumcisionem carnaliter celebrare, non otiosam sabbati observare custodiam; 151,32 circumcisionem et sabbati observationem et caetera
47 quae Lex fieri ante praeceperat	10,10 quae divina lex praecipit
47 Christi tempore	39,25 Christi tempore
51 Sed dicit quis	91,25 Sed dicet quis
51 illud Apostoli	30,13 illud beati Joannis
53 Stulte, hoc Baptismi impletur in tempore	cf. 158,30 Vah! aliud tempus ad baptismum, aliud ad circumcisionem
54 Baptismi in tempore	46,28 passionis in tempore; 107,19 in adventus tui tempore; 150,34 gratiae in tempore; 154,35 resurrectionis in tempore
58 Audi quid dicat Dominus	135,10 Audiamus ergo, quid dicat (sc. Dominus)
Col. 1044 2 Hoc et beatus apostolus Paulus testatur et loquitur	30,10 De quo et beatus apostolus testatur dicens; 61,31 Quapropter spiritus sanctus testatur et dicit

De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1044 3 post Baptismi sanctificationem	48,38 divini lavacri sanctificatione; 73,5 eiusdem baptismatis sanctificatione
12 Quendam ad Salvatorem accessisse et quid faciendo vitam aeternam perciperet interrogasse	42,3 Quando adolescens ille accessit, qui Dominum consuluit, quibus bonitatis meritis posset aeternae vitae praemium promereri
15 . . . . Non dixit . . . . . = 1044,56	Non dixit: 47,36; 90,18; 95,12; 138,17; 142,26
16 serva . . fidem	124,4 servas . . fidem
17 Sed absit, ut	Absit: 53,24; 61,27; 63,22; 65,2; 96,19; 136,14; 158,29
21 morti perpetuae mancipare	9,3 perpetuae mortis vincula; 98,14 Non aeternae poenae mancipaberis; 115,28 gehennae ignibus mancipat
31 Et Salvatorem nostrum quodam loco dixisse lego	10,21 quodam loco Dominum dixisse legimus
35 Utique = 1044,56	utique: 34,10; 48,1; 85,9; 133,10
36 nec idcirco . . quia	Nec idcirco . . quia: 3,12; 37,21; 49,13; 62,22
36 coelestis regni ianua panditur	Cf. 40,32 regni caelestis gloria patet; 55,12 regni caelestis aditum clausit
37 quia illum ore, quem factis abnuunt, confitentur. Negari autem Deum factis non minus quam verbis, Apostolus dixit, Deum confitentur se nosse, factis autem negant [Tit. 1,16]	4,25 Unde noscat prudentia tua nihil prodesse Deum labris confiteri et factis negare. Nam quod etiam factis negetur, apostolus testis est, cum dicit: Deum confitentur se nosse, factis autem negant
57 unde intellegi datur = 1046,2	Unde intellegi datur: 4,15; 17,1; 46,32; 76,16; 125,11; 154,12; cf. etiam 4,2; 19,24; 46,23; 131,30
(Cap. XIV) 61 nisi qui iustus fuerit, vitam non habet	7,25 Nisi qui [1]) iustus fuerit, salvus esse non poterit
64 nisi quis terrena despexerit, divina non capiet; nisi humana contempserit, non potest possidere coelestia	163,18 Quo enim nobis humana et terrena hereditas, quibus caelestis et divina promittitur; 163,26 si quis terreno patrimonio et humanis divitiis virginitatem distrahat, cui Christus caelestis regni praemium pollicetur

[1]) Caspari falso scripsit »quis«.

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1044	66 Nec quisquam se christianum iudicet, nisi qui Christi et doctrinam sequitur et imitatur exemplum	5,7 Christiani non sunt, nisi qui Christi formam doctrinamque sectantur; 20,8 Quisquis enim se Christianum profitetur, per omnia auctoris sui exempla sectetur; 31,1 Qui Christi discipulus est, debet doctoris exempla per omnia sectari; 51,24 et 153,11 Christi doctrina; 103,28 tam doctrinae verbo . . quam operationis exemplo; 133,20 legislatoris nostri (= Christi) sequi debeamus exemplum; 137,4 in Christum credentes Christi per omnia exempla sequerentur
	68 cuius nunquam pane ullus saturatur esuriens	13,7 esurientes et egentes tuis panibus saturentur
	70 cuius mensam nemo cognoscit	13,6 nullus . . mensam nesciat tuam
	72 cuius pauper nullus fovetur auxilio	25,26 . . foveatur auxilio
Col. 1045	2 Absit hoc a mentibus Christianorum omnium	53,24 Absit, absit a sensibus nostris intellegentiae huius inpietas
	3 huiusmodi [= h. homo]	117,16 huiusmodi [= h. homo]
	5 Christianus ille est qui . . . Christianus est	5,13 Christianus ille est qui . . . Christianus est
	7 Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare [1. Joh. 2,6]	5,8 Qui dicit se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulavit, et ipse ambulare; 20,10 sicut scriptum est: Qui dicit se. . .; = 30,14
	9 qui omnibus misericordiam facit	32,9 si ei non aliquam misericordiam fecerit; 49,15 ne non sit, qui misericordiam faciat
	11 qui miseris subvenit, qui indigentibus succurrit	13,8 succurre miseris, laborantibus subveni [1])
	14 cuius omnium communis est domus, cuius ianua nemini clauditur	13,5 Nulli advenienti tua clausa sit domus
	15 cuius mensam pauper nullus ignorat	cf. ad 1044,70
	18 die noctuque = 1045,43	111,26 die noctuque
	19 indesinenter	105,3 indesinenter
	19 praecepta meditatur et cogitat	48,31 Christi praeceptum . . . cogitassent

[1]) Omisit hanc vocem Caspari, cf. p. 34.

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1045	21 inglorius . . . gloriosus	31,10 ille gloriosus, hic inglorius
	24 conscientia . . pura	66,35 conscientiae puritas
	25 tota in Deo mens	3,5 tota ei (= Deo) deservire mente
	26 qui coelestia potius quam terrena desiderat	12,16 quod vobis illi semper terrena conferre cupientibus, ego semper caelestia procuraverim; 13,15 caelestia magis opta quam terrena percipere; 114,21 cui caelestia erant praemia expetenda, terrena potius lucra sectari; 161,31 Memento non nobis iam terrenam, sed caelestem progeniem desiderandam
	26 qui humana spernit, ut possit habere divina	13,17 divina humanis esse meliora; 14,15 tam humano statutum sit testimonio quam divino; 111,17 humanis magis . . . sermonibus quam divinis; 114,19 mentem divinis rebus aptam humanis magis necessitatibus praepediri; 160,14 dum humanae originis progeniem cogitant, divinae illius protectione priventur
	27 Nam his qui hoc saeculum diligunt	48,4 saeculi amatores; 109,19 saeculi amicus; 153,10 amicus saeculi
	29 Nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Et quicumque voluerit esse amicus huius saeculi, inimicus Dei constituitur [Jac. IV,4]	153,8 Nescitis, quia amator saeculi huius inimicus Dei est? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituetur
(Cap. XV.)	34 Haec tibi, soror dilectissima	13,1 Et tu, parens dilectissime
	38 te . . exhibere	se exhibere: 106,6; 113,1; 125,15
	41 Unum quod . . Aliud vero quod	18,5 Una qua . . alia per quam
	41 caelesti praemio destinatum	110,33 praemiis caelestibus munerari; 114,21 caelestia erant praemia expetenda
	42 ritu illius . . viduae	ritu: 5,26; 13,21; 38,25; 50,31; 70,8; 112,4; 150,17,30; 159,5
	44 filiorum curam habere	108,22 mundi amoris curam . . . habere
	46 peccatis obnoxium	77,28 cuiuslibet peccati . . obnoxius; 107,24 quisque peccato esset obnoxius

	De vita christiana	Fastidii opera
Col. 1045	47 aeternae morti servatur et poenae	98,14 Non aeternae poenae mancipaberis
Col. 1046	9 mente . . non corpore	139,24 nec corpore nec mente polluitur
	11 actum conversationemque	66,28 sed in bonis actibus, sed in conversationibus sanctis; 85,30 actuum nostrorum conversationem; 107,17 conversationum tuarum actibus
	11 describit idem apostolus dicens	149,6 apostolus . . gesta describit dicens
	20 ut aut filios Deo et non saeculo educent	13,15 Filios Deo educa; 161,10 Deo filios, non saeculo genera
	21 hospitio recipiant advenam	46,19 recepto Domino . . hospitio
	32 nostri temporis feminis	70,15 nostri temporis luem
	33 sanctissima femina	12,23 sanctissima femina
	34 huiusmodi [= h. homines	huiusmodi [= h. homines]: 10,10; 59,23; 123,14; 162,15
	35 bene facere erubescunt	erubesco [cum infinitivo coniunctum]: 50,18; 51,6; 131,1
	36 confunduntur . . vivere	confundor [cum inf.]: 128,34; 131,2
	43 esto sancta, humilis et quieta	13,4 Esto sanctus; 57,6 humilis et sancta paupertas; 101,10 non nisi sanctos humiles pudicos . .
	44 misericordiae et iustitiae opera . . exerce	56,19 misericordiae opera exercere; cf. 73,18; 99,15; 106,26; 112,7
	47 Ante omnia	ante omnia: 13,13; 71,8; 150,16; 156,28; 157,22
	49 ut, si possibile est, nemo te . . inveniat	13,6 nullus, si possibile est, mensam nesciat tuam; 85,31 et, si possibile est, . . pulsemus
	50 aut legentem aut orantem	43,12 a psallendi, orandi, legendi officiis
	52 quod praesentes praestare non possumus, conferamus absentes	146,2 passi non simus, nisi ut eum, quem praesentem cernere non poteramus, saltim litteris adloqueremur absentem

His similitudinibus allatis quantum sit tribuendum, ambiguum esse vix poterit. Nam mirum quendam esse consensum quis poterit negare? Itaque cunctandum non esse confido affirmare: ab eodem Fastidio, cui sex illa

opera a Caspario edita Morinus tribuenda ostendit, hanc quoque »De vita christiana« epistulam compositam esse.[1])

Ad Holstenii igitur et Casparii sententiam probandam novis sumus adducti rationibus.

PARS ALTERA.

Observationes criticae in Fastidii opera.

Duas illas Fastidii epistulas, quas Caspari p. 3—21 princeps emisit, in codice Monacensi et Salisb. exstare supra memoravimus. Ille est: Cod. Mon. lat. 6299 (Fris. 99), saec. VIII/IX; hic cod. Salisb. a VII 5, saec. IX/X, servatur autem in bibliotheca collegii Benedictinorum.

Quae exemplaria mihi excutienti nonnulli occurrerunt loci, ubi codicum lectio discrepat a Casparii editione. Quid autem sive codicum testimonio sive mera deliberatione adductus credam corrigendum, nunc mihi est explicandum:

[M. = cod. Mon.; S. = cod. Salisb.]

1.

(Casp. p. 3—13.)

3,6 in propriis possit habitationibus reperiri] sic Caspari. Codices habent »laboribus«, quod quidem antecedenti illi »per alias provincias« minime potest respondere. Sed Casparii emendatio traditis litteris minus commendatur, quam ut recipiendam putem, praesertim cum eadem vox statim subsequatur: »ab eius habitatione«.

---

[1]) De opusculo, quod Pitra edidit »Analecta sacra et classica« (1888, pars I., p. 134) [= Migne, Patr. Ser. lat. XXX, 239—242] et Fastidio falso attribuit, conferas velim: Morin (Revue Bénédictine, tom. XIII (1896) p. 339 sq.) et K. Künstle: »Die Schriften des brit. Bischofs Fastidius« (= Theol. Quartalschrift, 82. Jahrgg., 2. Heft, Ravensburg 1900, p. 202).

Praestet, opinor, scribere **,litoribus'**, quod et ad codicum scripturam propius accedit et sententiam praebet aptissimam, nam Fastidium in Britannia natum esse constat.

3,13 . . . poterit. Nam . . .] Omisit Caspari id quod et M. et S. post »poterit« praebet: **,nisi prius quomodo coli debeat innotuerit'**.

4,1 et illo in tempore . .] codd. »sed«, quod defendi non potest; Caspari scripsit »et«. Sed ne hoc quidem mihi bonam sententiam habere videtur; **,sicut'** autem et sanum praebeat sensum neque a codicum lectione nimis abhorret.

4,9 in aliquo contempsit] codicum lectionem **,contemnit'** restituendam esse »excarpso« illo a Morino edito comprobatur. Nam ibi quoque legimus (v. 81) »contempnit«.

4,12 et eius mandata] M. S. »et mandata eius.«

4,14 neque cognovit] M. S. »nec«.

4,20 cum naturali . .] S. cum **,etiam'** nat., (in M. deest »cum etiam«).

4,21 contemptus sit] codd.: contemptus **,est'**, quod mutare opus non est. Cf. 57,19.

4,25 labris] at M. S. **,labiis'** (cf. 152,5 labiis)! cf. etiam Schmalfeld, Synon. § 175.

5,6 et nunc Christiani dicuntur qui non sunt. Christiani non sunt, nisi qui Christi formam doctrinamque sectantur] codd.: **,dicuntur et non sunt, nisi qui'**, quod mutare supervacaneum erat. Nam Fastidius sanctae scripturae verba supra adhibita [»qui se dicunt Judaeos esse et non sunt . . . qui se dicunt apostolos esse et non sunt«] hic imitatus scribit: »nunc Christiani dicuntur **,et non sunt'**«, parvum numerum eorum, qui Christi formam doctrinamque sectantur, excipiens his verbis: »nisi qui . . .«

5,17 econtra] M. S. **,e contrario'**, item »e contrario«: 81,10; 97,11; 104,26; 106,3; 112,8; 135,7; — »econtra« nusquam.

5,17 maledicentibus se benedicit] sic M. Sed S. habet **,maledicentem'**, quod recipiendum puto, nam 153,31

legimus »suum benediceret semen«. Cf. De vita christ. 1042,45 »si te benedicat unus«.

6,2 definiamus] M. S. definimus. ‚definimus' ergo scribendum est, quod etiam sequentibus (»si putamus«, »credendum est«) comprobatur.

6,8 Ne in hoc erraveris, quod censeas] codd. non, ut adnotat Caspari, exhibent »que«, sed ‚quo', quae lectio defenditur his Fastidii exemplis: 101,31 in hoc quo; — 70,21; 73,8,12; 114,2; 145,15 ex hoc quo — 82,5; 98,6; 132,28; 144,25; 164,11 ex eo quo — 73,11 hinc quo.

7,11 Dices . .] M. S. ‚dicis', quod restituendum esse haec exempla docent: 18,23; 44,25; 49,22; 57,33; 58,11; 60,27; 124,16; 133,31; 141,4; 152,4.

7,25 Nisi quis iustus fuerit, salvus esse non poterit] M. nisi qui, S. nemo qui, neuter tamen exhibet »quis«. Cf de vita christ. 1044,61: »nisi qui iustus fuerit, vitam non habet«; cf. etiam: 5,7; 9,14; 11,7; 61,20 . . .

8,11 contempsi] M. S. ‚contempseram'.

8,12 secundum apostolum] M. secundum apts, S. secundum apostolus. Probabilius igitur est genuinam lectionem fuisse ‚apostolos'.

8,24 vestra debet esse tristitia] codicum scripturam ‚debeat' reiecit Caspari, nescio qua causa motus. Optime enim videtur respondere verbis antecedentibus »non vos poeniteat«.

9,2 pertuli, sed maiora] Inter »pertuli« et »sed« aliquid excidisse videtur, velut »parva non erant« vel tale quid.

10,3 Illud vero . . si forte apud infideles, non apud Christianos . . . [didiceris quaero]] »didiceris quaero« addidit Caspari, cum eam sententiam plenam non esse appareat. Sed non inepte cum hoc loco componuntur fortasse: 28,23: »Haec apud homines si forte valent, quibus . . .«; 74,20 »Sed praestigiosae huius commenta fallaciae . . apud eos si forte valeant, qui . .«; 80,6 »Sed haec apud illos si forte valeant, quibus . .«; 134,8 »Hoc apud alterum si forte valebit«.

Optime igitur hunc locum sanari posse confido scribendo: »Illud vero . . si forte apud infideles ‚**valeat**', non apud Christianos . . .«

10,3 penuriam formidandum significas] sine dubio cum S. scribendum est: ‚**formidandam**'.

10,7 Quae non tua solius esse videtur sententia] sed et M. et S. exhibet: ‚**videatur esse**', ordine quoque verborum mutato.

10,20 non ita intelligendam esse demonstremus] M. et S. ‚**intellegendum'**, quod sine mora recipiendum erit.

11,20 videor aliquid] M. S. ‚**aliquid videor**'.

12,1 ex praesentibus futura] M. »‚**iam**' futura«, quod cur omittamus non est.

12,9 Cuius cum devotionem, fidem, scientiam . . . nota . . comprobassem] haud scio an »nota« emendandum sit in ‚**notam**'.

13,4 Deo placere nemo potest] sic M., sed S. habet »poterit«. Utra sit lectio genuina, difficile sit diiudicatu.

13,8 succurre miseris laborantibus omnibus . .] Caspari neglexit, quod M. post »laborantibus« exhibet ‚**subveni**'. Id etsi in S. intercidit, tamen cum M. scribendum erit: »succurre miseris, laborantibus ‚**subveni**'«. Cf. De vita christ. 1045,11 »qui miseris subvenit, qui indigentibus succurrit«.

13,15 Filios Deo educa] S. »filios ‚**tuos**' Deo«.

13,15 quos fideliter diligis, . . . opta] fortasse inserendum est »‚**fi**' fideliter«, quod propter litterarum similitudinem facile a librario potuit neglegi.

13,24 Esto pupillis misericors et pater] corrigendum esse censeo »‚**ut**' pater«, quod et S. exhibet et in scripturae sanctae legitur editione, quae vocatur vulgata.

II.

(Casp. p. 14—21.)

14,4 probari hominem; quamdiu . .] sed non solum M., verum etiam S. habet: »hominem ‚**et tamdiu unumquemque**' quamdiu . .«

14,5 Sed philosophus noster] M. S. »sed ‚**hoc**' philosophus noster«.

14,12 Salomonem antiquiorem] M. S. »Salomonem ‚**cunctis philosophis**' antiquiorem.«

14,14 retulerit] M. S. ‚**pro**'tulerit.

14,16 ex suo ore hominem cognosci] sed M. »ex suo homine recognosci«; S. »ex suo hominem ore cognosci«, quem ordinem genuinum esse codicis M. quoque testimonio ostenditur. Quomodo enim oriri potuit »recognosci«, nisi legebatur »ore cognosci« ?

15,4 Sed dicat aliquis] M. S. dicit aliquis. Cf. etiam 26,17 »sed dicit aliquis«, De vita christ. 1036,15 »sed dicit aliquis«.

15,7 qui nec, quod scire debeat, novit] codd. »‚**quid**' scire«. Hoc mutare non debuit Caspari, nam paulo ante legitur similiter: »scitur, quid sit quod ignoratur.«

15,9 dic mihi: Quid quaerit] M. quidq; S. »quid quaerat«, quod cur corruptum putemus, non est. Immo legendum erit: »dic mihi, **quid** ‚**quaerat**' . .«

15,11 Omnia, ni fallor] M. S. ni‚**si**' fallor. Item »nisi fallor«: 27,13; 33,14; 40,8; 47,10; 60,21; 76,19.

15,16 Si ergo prima voluntas est] M. S. »Si ‚**igitur**' prima ‚**Dei**' voluntas est«.

15,18 primae es transgressor] M. S. »transgressor es.«

16,3 nihil aliud Deus a nobis exigit] M. S. »nihil aliud a nobis Deus exigit«.

16,5 si quis inoboediens eius voluerit esse mandati] sed cum et 12,21 et 158,6 inoboediens, ut solet, cum dativo iungatur, hic quoque ‚**mandatis**' (sive »mandato«) proponere non dubito.

16,12 cur et ipse non fecerit Dei voluntatem] M. S. »cur et ipse ‚**Domini**' (dni) non fecerit (M. falso »fecisset«) voluntatem.«

16,14 Quia nolui] uterque codex: »Quia ‚**volui**'«, recte quidem; mente enim addendum est »negare«.

16,17 nec refert, utrum scienter, an ignoranter condempnatur] cum autem coniunctivus alicuius verbi desideretur, emendandum est ‚**contempnatur**'; subiectum enim enuntiati subaudiendum est Dei »mandatum«.

16,26 accipe legis exemplum, ignorantiam nihil prodesse] M. S.: »exemplum, ‚**quo ostenditur**' ignorantiam . . .

17,15 paucorum est. Quam . . .] M. S. »paucorum est ‚**sicut scriptum est**': Quam« . .

17,19 in hoc . . quod] sic M. S. Sed codex Vaticanus [1]) praebet ‚**quo**', quod fortasse est recipiendum, cf. ad 6,8.

17,23 Christianum esse. Christianus . .] sed non solum Vat., verum etiam M. et S. praebent post »Christianum«: ‚**Breviter tibi strictimque respondeam**'.

17,23 Christianus est, in quo] M. S. Vat.: »Christianus ‚**ille**' est, in quo . .«

18,1 Quae in hominibus Christianis debent esse] M. nominibus; S. et Vat. ‚**omnibus**', quod mihi videtur illi quod est »hominibus« anteponendum esse. (»homo Christianus« non nisi uno loco potui invenire: 41,30 »omnibus paene hominibus Christianis«.)

18,27 Et ipse Dominus: Quaecumque] M. »Et ipse Dominus ‚**in evangelio**': Quaecumque . .« Codicis S. librarii oculi aberraverunt a priore ad alterum statim »quaecumque.«

19,2 quia quisque, quod sibi non vult fieri, alii non fecerit] M. S. ‚**alio**', quod nihil habet offensionis. Cf. enim: Neue-Wagener, Formenlehre der lat. Spr. II [3] 1897, p. 536 et C. J. L. t. V., 8738: ». . quod tibi fieri non vis, alio ne feceris.« — Item ‚**alio**' restituendum est 18,26.

19,20 Neminem nocui hominem] fortasse ex epistula De vita christ. 1037,12 corrigendum est ‚**hominum**'.

---

[1]) = cod. Vat. 3834. Nam quae in hac epistula leguntur post »poteris invenire« (17,18), eadem per errorem librarii Fastidii epistulae »de possibilitate non peccandi« (Casp. p. 119—122) sunt adiecta.

19,23 quem amare praecipitur] haud scio an scribendum sit ‚**praecipimur**', cf. enim 11,1; 18,13; 20,3.

20,16 huius vitae divitibus] M. S. Vat. »huius ‚**mundi**' divitibus«.

III—VI.

(Casp. p. 25—167.)

In sequentibus quoque libris Caspari posteris nonnulla reliquit disceptanda. Quamquam mihi quidem res erat impedita, cum neque codicem Vaticanum (3834) [= C], qui unum horum scriptorum exstat exemplar, adire mihi liceret, neque Solanii editio (cf. Casp. 231 sq.) mihi praesto esset. Quae editio typis rursus expressa est Andverpiae a. 1575 [= A] et invenitur in Bibliotheca Patrum Lugdunensi a. 1677, tom. VII [= L]. In his exemplis comparandis mihi erat subsistendum, ut multa in medio mihi essent relinquenda, multa prorsus omittenda.

III.

Tractatus de divitiis.

(Casp. 25—67.)

26,6 Cupiditas enim igni similis est; cuius fomentum . . Adde igni . .] C. (= Vat.) »ignibus . . . quorum . . ignibus«. In tradita lectione acquiescendum esse confido; nam saepius Fastidius eius vocabuli plurali numero utitur: cf. 6,22; 16,11; 25,13; 31,33; 65,23; 79,10; 115,28.

26,10 excrescat] A. L. excrescet. Futurum tempus ad antecedens »nascetur« melius quadrat.

26,17 Sed dicit aliquis, cum de divitiis loquendi exordium sumpseris: Quid te ad avaritiam contulisti?] Distinctione mutata scribendum est: ‚**Sed dicit aliquis: Cum . . sumpseris, quid . .**'

26,34 Aliud est, si et fornicationem exercere cupientem . . concupiscentem reputes] C. »cupienti . . . concupiscentiam«, quod num reiciendum sit, non audeo diiudicare, compares enim: 6,7; 36,8; 149,17.

28,19 huic definitioni] A. L. »determinationi«.

28,30 quod in voluntate mali habuerunt] C. »in voluntate alii«. Equidem potius scripserim ,**alii**', nam de duabus partibus agitur, sicut iam antea »hi« et »illi« distinguuntur; »mali« autem, ut vult Caspari, minus placet. Nam ei, »in quibus sola peccandi voluntas fuerit«, multo minus sine dubio digni sunt, qui »mali« vocentur, quam ei, »qui opere etiam consummaverint«, quod »alii« illi »in voluntate habuerunt.«

29,11 monstravit, quod quicquid sufficientiae vel debetur, vel augetur, partim ad divitias, partim ad pauperiem deputandum] qui locus emendatione carere vix possit; nam »debetur» ad sententiam quadrare mihi non videtur. Immo totius loci ratio postulat, ut aliquod verbum opponatur, quod contrariam vim »augendi« habeat. Itaque persuasum mihi est sive ,**detrahitur**' (cf. 145,29) sive ,**demitur**' hoc loco ponendum esse.

29,20 ex hoc . . quod] C. ,**quo**', quod iniuria Caspari recipere est cunctatus, cf. ad 6,8.

29,29 ab illorum conparatione] fortasse praestat mutare: ,**ad illorum conparationem**', cf. enim: 9,8; 66,7; 123,14,18.

30,9 ubi caput declinaret] falso pro ,**reclinaret**', cf. 40,16; contra: 41,28 »inpetum declinantibus« = effugientibus.

30,22 non quo illam substantiam reprehensibilem iudicemus, quae . . . sed illam, quae . . . quae suis tam perniciosa adulatione blanditur] sed »suis« sine ullo substantivo nimis aspere sit dictum. Probabilius est post »suis« excidisse ,**possessoribus**' vel ,**amatoribus**', cf. 126,19.

31,3 tam forma quam disciplina] A. L. »quam doctrina«.

31,10 ingloriosus] sic C. Sed 113,10 »inglorium«, De vita christ. 1045,21 »inglorius«.

31,27 dimittendo caput] falso pro ,**de**'mittendo, nam »di« et »de« nusquam in Fastidii libris reperias confusa.

32,31 ut alii tanta inpietatis crudelitate versentur] post »tanta« deesse videtur praepositio ‚**in**', quae ante »inpietatis« facile potuit neglegi. »Versari in . .«: 112,7; De vita christ: 1040,15.

33,4 quo alii ad inpietatis crudelitatisque facta dimittantur] C. »quo alios . . . dimittatur«, unde facilius poterat elici: »quo ‚**alius** . . **dimittatur**', quod interpretari haud difficile est: Alloquitur enim Fastidius in superioribus iam unam aliquam personam etsi fictam et hunc unum hominem opponit hominibus vere christianis.

33,10 quod horret auditus] C. ‚**auditu**', quod supinum vix quemquam offendat, saepius enim horrendi vocabulum impersonaliter a Fastidio usurpatur, velut 33,26: »vult nobis horrere quod noxium est.« Cf. Tac. Agr. 32: pudet dictu.

33,15 quos nimia adfluentia delibutos ad omnes inpietatis et crudelitatis actus voluntas saeva deducit] C. »crudelitatis locos«. Itaque cum »actus« nimis a traditis litteris abhorreat, praestet lenissima mutatione scribere ‚**iocos**' (vel ‚**modos**'). quod et a litterarum ductu propius abest et sensum praebet minime ineptum.

33,31 divitias. Quae enim . .] sic Caspari, qui ipse iam suspicatus est deesse pauca inter »divitias« et »Quae«. Ac profecto et in A. et in L. legitur: ‚**illas scilicet, quae ex rapina et iniquitate gignuntur**', quod ad eam lacunam tam aptum est explendam, ut iam in C. sic legi mihi persuasum sit.

34,32 unde maior huiusmodi iniquitatis possit esse suspicio, quod malos potissimum exuberare opibus cernimus] sana sententia vix evadat, nisi, ut iam Solanius, scribimus »‚**quam**' quod«, etsi Caspari hoc additamento opus esse negavit.

35,32 Dei dispensatione consequimur] C. deo dispensatione. Ipse iam Caspari dubitavit de hoc loco; temptavit enim in adnotatione »deo dispensatore«, quod equidem recipere malim. Cf. enim 28,33 earum qualitatem callidus dispensator exequere; 36,4 Quod si tam in carnalibus

quam in spiritualibus »dispensatoris Dei« aequalissima indulgentia invenitur; cf. etiam 37,22: coniux de lateris costa »Deo rursus fabricatore« formanda est.

38,26 tunc tempore] A. L. »tunc ,**temporis**'«. quod restituendum nobis est, etsi C. exhibeat »tempore«. Conferas enim: 132,13; 135,8; 148,12; 157,16, quibus locis omnibus legitur »tunc temporis«.

39,3 cuius maxillae palmis sunt a Iudaeis verberata] falso pro ,**verberatae**'.

39,16 passus est pro vobis] sed ut 5,14 et 137,5, hic quoque legendum erit ,**pro nobis**'.

40,7 In quo ergo Christus nobis imitandus est? In paupertate . . . non in gloria saeculi, non concupiscendo, sed contempnendo] at C.: ,**concupiscendi**' . . ,**contempnendi**', quam lectionem a codice reducendam esse puto; referendum enim est ,**concupiscendi**' . . et ,**contempnendi**' ad genetivum antecedentem »saeculi«. »Contempnendo« autem et »concupiscendo« sine ullo obiecto positum esse vix credibile videtur.

40,13 sicut ibi obferenti se] sic C., sed ipse Caspari iam pro »ibi« proponit in adnotatione »alicubi«. Verisimilius autem sit legendum esse ,**illi**'.

40,21 sed rei integritas. Item] A.L. integritas ,**praedicatur**'. Item . . .«

40,33 Quod frustra facient, si id facere omnino nec poterant, nec debebant. Non enim debebant, si hoc tantum erat apostolis imperatum] sed C : , . . **faciet** . . . **poterat** . . . **debeat** . . . **debebat** . . .', ex quibus unum »debeat« si mutetur in ,**debebat**', non est, cur corrigendam putemus codicis scripturam. Totius enim sententiae subiectum est Paulus. »Quod frustra faciet« pertinet ad antecedens »beatum Paulum ad Corinthios scripsisse . . . . « Confer etiam, quod sequitur: »Et cum dicit« scil. Paulus.

43,14 contra Domini vel apostoli eius dictum] L. ,**inter**'-dictum, quod C. fortasse iam praebet et a Caspario omissum est; nam similes loci sunt: 50,34 contra apostoli interdictum; 146,9 contra apostoli interdictum.

43,25 diligere mundum et quae in mundo sunt] rectius hic quoque, ut supra v. 19 scribendum erit cum A. et L.: »mundum ‚**neque ea**' quae . . .«

43,32 Cuius nutu terra fundata est? vel cuius imperium universa produxit?] C. ‚**imperio**', quod nihil mihi habere videtur offensionis; nam et ablativus optime respondet praecedenti illi »nutu« et sana evadit sententia, si subiectum (ex antecedentibus) intellegimus »terra«. Dici autem posse »terra produxit universa« nemo non concedet. Cf. Gen. 1,24 (Vulg.).

44,16 Ex hoc arbitror manifestissime patere non solum apostolos mundanam substantiam debuisse contempnere, sed etiam illi postmodum ceteros, ut . . , hortantur et docent] C. »‚**quo**' etiam«, quod corruptum esse ratus Solanius iam immutavit in »sed etiam«. Sed »ex hoc . . quo« hic recte se habere ostenditur his exemplis: 70,21; 73,8; 73,12; 114,2; 145,15. (Cf. etiam ad 29,20 et 140,16.)

44,23 Contemplentur nunc has sententias divitiarum patroni [et videant] an ullis permiserit divitias . . .] C. ‚**an solis**'. Fortasse inserto »sibi« scribendum est: »an ‚**sibi solis**' = divitiarum patronis.

45,10 quod hunc callididatis sensum ex nimia avaritiae dilectione venturum . . Deus ante prospexit] C. »quod adhuc«, unde haud scio an eliciendum sit ‚**huc**' vel ‚**ad hoc**'.

45,13 pecuniam habentibus] A. L. ‚**pecunias**', cf. 41,4; 45,3; 56,15.

46,27 Nam quod . . proponere solent . . . . inperite satisfaciunt] sic non solum Caspari, sed iam A. et L. Sed quid sibi velit hoc loco »satisfacio«, difficile sit dictu. Immo sic uno perperam vocabulo scriptum est pro ‚**satis faciunt**', et satis iungendum est cum antecedenti »inperite«. Nam quod »satis« adverbio postponitur, non debet offendere. Idem enim invenitur: 160,32 »Stultum satis est«; 162,30 »inpium satis ist«.

47,15 habitasse. Quin etiam, si . . .] C. »habitasse ‚**quia si etiam**' . . «, quod iniuria, opinor, suspectum est Caspario.

48,24 quod iussum non est formare videamur] sed cum formandi vox nonnisi proprio sensu dicatur a Fastidio, ponendum erit pro formare ‚**feruare**'; quod per codicis scripturam facile liceat et sanam praebeat sententiam. (‚**formidare**' corrigere minus placet.)

49,5 Cur et non] loci ratio postulat, ut scribamus »Cur non et . .«

49,6 . . sentias, quod omnes quidem pietatis gradus perfici in primis debeant, et nihilominus tamen conari perfectionis culmen ascendere] quod tolerari posse nego; nam ad »conari . . . ascendere« subiectum non habemus. Quae difficultas tollitur, si pro »perfici« ponimus ‚**perficere**', ut ad sequentia subaudiendum sit: nihilominus tamen »omnes debeant« conari . . .

52,2 quod, nisi quis suis omnibus renuntiasset, suus non posset esse discipulus?] scribere malim: ‚**nisi qui**', nam cum »suis« sequatur, »quis« ex »qui« facile potuit oriri. Cf. 51,31; 52,19 (Cf. ad 7,25).

54,9 genera esse possunt] »esse« hoc loco cum A. delendum est.

54,18 infausta et nec effabilis [nec] nominanda inpietas] in C. deest »nec« ante »nominanda«; sed »nominanda« glossema esse videtur additum vocabulo »effabilis«.

54,28 ut neque esse hominem putet] praestet legere »‚**sese**' hominem putet«.

55,1 Dedignatur inopem, qui illo eo forte morum integritate sit ditior, quo rerum facultate pauperior est, et in humili habitu nec Domini sui contemplatione mulcetur] sic Caspari, A. L. Sed me hanc sententiam intellegere non posse non nego. Et mutata quidem distinctione scribere: ». . pauperior est et in humili habitu ‚**nec**'. . .« vix sufficiat. Fortasse autem pro »contemplatione« a Fastidio dictum est ‚**contemptione**'?

56,3 quae hominibus habentur in risus] cum locutionem »in risus habeo« vel similia nusquam potuerim reperire, uno vocabulo scribendum esse credo ‚**inrisui**' vel ‚**inrisu**' (cf. Georges, lex. lat. et. »Wortformen. .«). Littera enim

s facile potuit irrepere, cum subsequatur »sed«. (Cf. 63,22 »odio. . . . habeas«.)

56,4 Sed superioris, ais, definitionis difficultatem inferiore condiit, immo etiam penitus abolevit, dicendo] A. L. »inferiore ‚**Dominus responsione**' condivit. — Sed »condiit«, quod scribit Caspari, et »condivit«, quod A. et L., recte se habere nego. Nam »abolevit«, quod sequitur, flagitat, ut aliquod verbum ei opponatur, quod similem, etsi infirmiorem habeat vim. Quare una littera inserta mutandum erit ‚**condidit**', quod saepe usurpatur pro eo, quod est: abscondo. Accedit, quod ipsius codicis testimonio haec lectio comprobatur. Ab eodem enim librario, a quo totum profectum est exemplar, vocabulo »condiit« superscriptum esse d adnotat Caspari.

56,26 quibus nulla misericordiae materia subpetit? Aliquid ita eos sensisse ex eorum responsione monstratur] Iam Caspari moleste tulit hoc »aliquid«; ac profecto sanam sententiam non poterimus nancisci, nisi emendabimus: ‚**subpeditat. Quod**' . . quae coniectura traditis litteris modo non commendatur: praebet enim C.: »subpeditalqd«.

56,28 salvus esse poterit? quasi nullus] A. L. »poterit? ‚**Sic dicunt, quis salvus esse poterit**' quasi. .«

57,6 possibilius est] C. »esse«, quod cur reiciamus, non est.

57,16 poterint] poterunt? cf. 10,17; 74,6; 141,17 poterunt. (»poterint«: videas: Neue-Wagener, Formenlehre der lat. Spr. 3. Aufl. 1897 III, 603.)

58,6 quod ex diversorum membrorum diversitate consistit] A. L. »‚**varietate**' consistit« Per errorem »diversitate« posuisse videtur Caspari. Nam codex quin (ut A. L.) habeat »varietate«, dubium esse vix potest, cum eodem in versu antecedat »diversorum«.

59,2 salvatorem ea ab alterutro sequestrasse credatur] C. salvatore ab . . . .; unde facilius eliciendum est ‚**salvator ea. . sequestrasse credatur**', praesertim cum »credor« plerumque a Fastidio cum »nominativo cum infinitivo« iungatur.

59,4 via est . . facilius] adiciendum est forsitan »via est, ‚**quomodo**' facilius . . «

59,29 legem suis conversationibus subiungere] A. L. ‚**subiugare**', recte quidem sine dubio. Cf. 26,13; 31,20; 89,32; 113,13. At subiungo 145,5 = addo.

60,4 ab omni iniquitatum flagitiorumque inquinamentis animus expurgandus] immo: ‚**ab omnibus**'.

60,17 suffocantes, ut in . .] A. L. »suffocantes ‚**et absque fructu efficientes**', ut in . . «

61,4 eis maiora non licere, quibus etiam minora prohibentur admittere] »‚**qui**' etiam . . . . prohibentur«? Cf. 143,18; 151,10; 160,34.

61,21 prioris instrumenti cultores abundantioris iustitiae magnitudine ante transierint] C. »magnitudinem«. Genuinam autem scripturam suspicor fuisse, ‚**ad abundantioris . . . magnitudinem**', nam »ad« ante »ab« facile potuit intercidere.

61,28 dum . . conquirantur] A. L. ‚**conquiruntur**', quod probandum esse videtur, cum »dum« [explic.] nullo alio loco possim reperire cum coniunctivo coniunctum.

62,14 delectabilia voluptati] voluntati? Cf. 62,17 »desiderio« . .

62,31 Esto, tu illius efficaciae sis atque virtutis illius, perspicuitatis . .]sic A. L. et Caspari; est autem hoc modo distinguendum: »virtutis, illius perspicuitatis . . «

63,20 a piissimis parentibus derelictas, abavis, proavis . .] sic et A. L. et Caspari perperam pro ‚**ab avis**'.

64,15 aut aliqua quae esse . .] C. aliqua esse . . Praeferendum erit ‚**alia quae**'.

64,28 et quod . . . fruendi usu contempnitur] C. ‚**usus**'; »quod« recentiore manu additum est. Equidem vocabulo »quod« omisso credo restituendum esse ‚**usus**'.

66,1 dum tempus est et omni . .] »et« delendum esse confido.

IV.

Epistola de malis doctoribus et operibus fidei et de iudicio futuro.

(Cap. 67—113.)

68,1 exultare. Noveram. .] A. L. »exultare, ‚**habet enim hoc condicio humanae naturae, ut aliud nolit audire quam animo decreverit exercere**'. Noveram . . «, quod in C. iam legi mihi persuasum est.

68,6 non quod] C. ‚**non quo**' (= nicht als ob). Casparii mutatio quam non sit necessaria, ex his exemplis videas: 30,16 non quo; 78,16 et 94,27 Casp. »non quod«, C. autem »non quo.« [Cf. Kühner, Gramm. d. lat. Spr. II p. 917,4.]

68,8 ut, cum ipsis abundetis, nec. .respuatis] totius loci ratio postulare mihi videtur ‚**ipsi**'; cf. infra 68,17 »cum ipsi. .«

68,21 eorum inmaculare aciem vellem, quorum nec festuca quidem inesse credenda est] post »quorum« videtur excidisse ‚**oculis**' vel tale quid.

68,24 in eisdem destruendis] malim scribere: »in ‚**eis**' destruendis«; eis»dem« (dẽ) facile potuit irrepere, cum sequatur »de«struendis.

69,29 Sed in tali expetita similitudine] corrigendum esse credo: ‚**expedita**'.

70,8 nec insensatorum ritu languentium frustrari nos . . . adnuamus] quae structura cum tolerari non possit, pro »frustrari« ponendum erit ‚**frustrati**'.

70,16 et me magis . .] C. »et ego magis«; aptius videtur mutare (littera g omissa) ‚**et eo magis**'.

70,17 perspicacitatis propriae intellegentia] C. »perspicuitatis«, quod cur a Caspario probatum non sit, ignoro. Cf. enim 62,31 et 102,23.

71,17 absque nulla satisfactione] in promptu est corrigere: »absque ‚**ulla**' satisfactione.«

71,24 aut iracundiae furore, aut inpatiendi aestuatione] sicut autem ex codicis scriptura »iracundi« corrigendum

erat »iracundiae«, ita pro »inpatiendi aestuatione« scribendum est ‚**inpatientiae aestuatione**'.

71,25 voluptate, aut mentiendi . .] A L. »voluptate ‚**aut superbiae aemulatione**' aut mentiendi . .«

72,3 quia aliter accipienda intellegantur] ‚**intellegant**'?

74,14 aeternam inmortalitatis . . spem] ‚**aeternae**'?

75,34 beati Petri] A. L., »beati ‚**apostoli**' P.«

76,19 ni fallor] A. L. »ni,**si**' fallor« cf. ad. 15,11.

77,20 aliqua quaecunqe] falso pro »‚**alia**' quaecunque«; cf. 108,15; 110,4.

77,21 sequestrari dinoscitur] C. ‚**sequestrare**', quod mutandum non erat. Usus est enim hoc loco Fastidius structura, quae dicitur »nominativus cum infinitivo«; subiectum autem est: apostolus. (Cf. antea »loquebatur« et v. 23 »perspicitur«.)

77,27 uniuscuiuslibet peccati . . obnoxius] sed cum a vocabulo »obnoxius« apud Fastidium quoque semper pendeat dativus, aliqua vox erit addenda, velut: »peccati ‚**reatui**' (sive ‚**crimini**') . . obnoxius«.

78,16 Non quod] C ‚**quo**', quod restituendum est. Cf. ad 68,6.

82,6 non statim erit poena] A. L. »statim ‚**universorum**' erit . .«

82,13 ex quo credi fas non] sit C. »exheredificas«; verisimilius igitur: ‚**ex hoc**' credi . .

83,17 de nominatorum . .] C. moratorum«; unde rectius elicietur ‚**memoratorum**', quae vox saepe apud Fastidium reperitur. Accedit quod »nominando« v. 22 subsequitur.

85,32 invisibilium mentium secreta pulsemus] ‚**pensemus**'?

86,15 inseruit] ‚**insevit**'?

87,23 caelestia praecepta] A. L. »caelestium mandatorum praecepta.«

88,5 quasi in nullis . .mandata spernamus] C. »quasi in nulla«; A. L. ‚**quasi nulla**'; rectius forsitan; nam quomodo ex »quasi nulla« factum sit »in«, facilius est ad intellegendum quam quomodo »nulla« ortum sit ex »nullis«.

88,25 Nemo est enim, qui valet infamare] A. L. ‚**velit**', quod rectius esse videtur; »nemo qui« (sequitur coniunctivus): 95,21; 162,13.

89,11 quod aut levius aut crebrius incurramus] A. L. »levius ‚**iudicemus**' aut.«

89,15 cuiusmodi supplicii censeantur] A. ‚**supplicio**' (L. »supplicio digni«), quod non possumus non probare.

89,20 noxam inultam fore perscribitur] C. ‚**noxa inulta**', quod reicere vix sit opus. Nam »nominativi cum infinitivo« usus apud Fastidium patet latissime (velut: dinoscor, perspicior, imperor, praecipior, denegor, censeor, noscor).

89,21 stultitiae vitium] A. L. ‚**convicium**', recte forsitan.

90,3 absque dubio testantur] C. »absque divite«, ad quam lectionem propius accedit »absque vita«, quod etiam sensum praebet aptiorem. (Cf. 1. Joh. 3,15.)

90,28 lepra perfusa est, a cuius contagione. .] C. »contaginatione«, itaque scribendum erat: ‚**contaminatione**'. (Cf. Eucher. Formul. 8 [ed. Wotke, p. 51,5]: »Lepra, peccatorum contaminatio«.)

91,1 ut ille, qui sabbato ligna collegerat, quique ob hoc factum perpetratum ictibus elisus occubuit] Caspari iam desideravit genetivum alicuius vocis ad »ictibus« addendum; idem in adnotatione temptat »lapidum«. Genuina autem lectio fuisse mihi videtur: »ob hoc factum ‚**per petrarum ictus**' . . « (sive: »factum ‚**petrarum ictibus**'«). Nam codex ipse exhibet: »perpetrarum.«

94,26 non quod] C. quo, cf. ad 68,6.

96,31 ubi iam timeri, etiam] A. L. timeri ‚**destiterit**', quod verborum concinnitate commendatur.

97,3 nec credi nec dici est] quod tolerari vix potest, nisi adicimus »‚**fas**' est«, quod iam Caspari proponit.

98,9 compar actioni] C. »asioni«; sed cum vocabulum »actio« apud Fastidium nullo loco reperiatur (solum »actus« usurpat), ‚**suasioni**' scribere praestet.

102,7 dum quod est] C. **‚quidquid'**, quod quominus retineamus, nihil obstat.

105,21 indulta peccata. Exurget] sed A. L.: »peccata. **‚Quomodo autem evanuerint vel unde delinquendi securitatem sumpserint, ipsi respondeant'**. Exurget . .«

107,14 eiusdem luminis gauderet] at, cum »gaudeo« a Fastidio semper cum ablativo sive »in« (c. abl.) coniungatur, addendum erit: »luminis **‚munere'**« vel tale quid.

107,20 tuum esse, quisque huius spei fiduciam gereret, [et se], sicut tu sanctus [es], sanctificaret, admonui.] C. »tuose«; ponam potius **‚ut se'**, ut supervacaneum quoque sit »et se«, quod Caspari addidit.

108,25 nequitiae, fallaciae] A. L. »nequitiae, **‚avaritiae'**, fallaciae.

111,27 aeternae vitae locuples et copiosa possessio est splendore solis coruscare; omni claritate clarius est cum Deo regnare, omni . .] sed sic distinguendum erat: **‚possessio est; spl. s. coruscare o. cl. cl. est; c. D . .'**

112,30 omnibus videbantur] A. L. dicebantur.

113,15 enitamur, ut . . nos . . inbuamur] »inbuamur« si recte legatur, superfluum sit »nos«. Itaque emendandum esse puto **‚inbuamus'**.

V.

Epistola de possibilitate non peccandi.

(Casp. p. 114—119.)

114,5 quarum scribendi sollicitudinem] »quarum« quomodo explicandum sit, invenire non potui. Probabile est Fastidium scripsisse **‚quam'**.

114,19 saeculo invidens] A. L. **‚invidus'**, cf. 90,4; 96,9; 101,3; 160,3; 162,15.

115,13 suspicaris et pie, nec . .] post »pie« aliquid videtur intercidisse (recolis?).

116,3 haec vel sentiri] A. L. hoc!

116,29 verba] C. ‚**opera**'; cui scripturae cur Caspari coniectura subveniendum esse putaverit, non video; defenditur enim sequenti »doctrina«, quod ei opponitur.

117,8 nec hac re postmodum ferunt illa se commisisse] quod recte se habere minime potest, quamquam defendere conatur Caspari, ferendi vocabulo tribuens significatum cogitandi [= »bedenken«]. Sed revera haec lectio plus uno nomine displicet. Offendit imprimis, quod »ferre« sic explicatum nusquam est dictum, neque »hac re« (= »deswegen«) ullo loco reperias. Emendandum erit: »nec ‚**aegre**' . . ferunt«, quod sensum praebet aptissimum. Cf. 3,2; 8,21; 88,3; 114,19.

117,20 nitatur inplere; et . . perficiet] C. »perficere«. Equidem codicis scripturam intactam malim relinquere et commate post »inplere« deleto scribere: »inplere et . . perficere« (scilicet »nitatur«).

118,10 vitiis inputatum sit] ‚**inputandum**'?

VI.

Epistula de castitate.

(Casp. p. 122—167.)

125,29 de matrimonio Dei curam esse] A. L. ‚**Deo**'. Cf. 7,18; 17,9; 48,12; 153,4,11,37.

128,20 acerbum malum] C. ‚**acerbus**', quod facilius et aptius mutari puto in ‚**acerbius**'.

129,27 si brutus, verendum est] A. et L. ‚**dolendum**', recte sine dubio.

131,33 quod naturaliter acceperunt] C. ‚**ut**' = sicut!

132,27 nullo iam nubere iubente castitas] C. »ere prohibente luxurie«. Etsi certam emendandi rationem invenire non poteram, Solanii et Casparii mutationem tamen audaciorem puto, quam ut probare audeam. Fortasse legendum est ‚**nullo iam genere prohibente luxuriae**'?

133,29 vivendum est? vel] vivendum est ‚**Christianis**' vel . . A. L.

113,11 qualis Dominum . . propheta processerit] A. L. ,**praecesserit**'! nam procedo (cf. 128,9; 143,10) ad sententiam non quadrat.

133,31 Dices forsitan] C. »duci«. ,**dicis**'! Cf. »dicis forsitan«: 18,23; 44,25; 49,22; 60,27; 124,16; 141,4; 152,4.

135,33 non est spectanda] »,**ex**'spectanda«?

137,14 Prudentem nimium fuisse archiatrum puto] C. nim; ,**enim**'! (Cum adiectivis a Fastidio non »nimium«, sed »nimis« coniungitur.)

137,27 docuisse. Sed] A. L. »docuisse ,**et summum bonum nuptias putasse**' Sed . .«

140,26 Unde providendum est] ».**per**'videndum«! cf. 82,19; De vita christ. 1038,28.

142,1 Quid ais, apostole?] C. ,**agis**', quod defenditur exemplo 138,23.

